

73 17. g. 4. Bolognet: *conf. 3. num. 2.* Hactamen uti non debet sine magna causa, secundum Innoc. & Abb. in c. *Innotuit, in fin. de electi*: & dicebat Baldus in *tit. de Pace Constantie in 23. col. in ver. Non obstant*, Populum Romanum nunquam fuisse ut illum illa clausula, de plenitudine potestatis. Cujus dictam uti egregium extollit Jaf. *conf. 145. incip. Circa primam dabitacionem, num. 3. vers. Hinc est, quod*

74 Papa, vol. 2. Quapropter necesse est, ut coniter Papam voluisse uti potestatis plenitudine cum clausula, *Non obstante, &c.* alias ea uti non presumitur, ut notat Innoc. in d. c. *Innotuit*. Angel. in l. *Bene à Zennone, C. de quadrien. prescript.* Marfil, *singul. 34. incip. Princeps in dubio, & Gemin. consil. 36. incip. Quod collatio facta per Dominum Papam non valeat, n. 5. vers. Et hoc*, loquendo de potestate regulata, ubi etiam allegat Bald. in l. *Sit est flamentum, C. de testam. & probatur in l. Signando, in princ. C. de iustificio testam. & mosell apponendi in litteris clausulam illam, Deque Apollonia potestatis plenitudine. Quae tamen clausula in litteris, de quibus nunc agitur, non reperitur appolita.*

76 Alia verò est potestas ordinaria a jure regulata, & secundum hanc Papam potestatis iusta causa quem ab officio, vel beneficio amovere; quia licet Princeps sit solutus legibus, tamen secundum leges vivere debet. l. *Digna vox, C. de legib.* Ita difficultes opinionis conciliat, & declarat Gemin. loco proxime citato, Dec. in c. *fin. n. 30. & 31. vers. Et ita opinio de conserm. uti, vel inutil. Præpos. in c. Per principalem, n. 8. 9. quæst. 3. Cravett. de antiq. tenepor. par. 1. num. 37. & seq. & Anton. Gabr. in *tit. de iur. quas. non tollent. conel. 1. num. 11.* Et in terminis terminantibus dixit Rota in *Banoniens. officio Portæ Palatii, 5. Novembris, 1794.* coram Littra, quæ est *decis. 334. par. 1. vers. in hac verba*: (Domini rebeverunt obitare regulam de jure quesito non tollent. nam regulariter officia de suinatura sunt perpetua, Cuiusmodi *decis. 195. n. 1. Calder. conf. 3. de rescript. præsertim quando concedentur ad vitam, tunc officiales habent jus quesitum in tantum, ut sine causa de potestate ordinaria non debeant removeri, ut late deducit Bolognet: *conf. 3.*) Hæc ibi. Quinimò Ludovic. Roman. plura adducens in *conf. 345. incip. Circa primam, n. 15. absolvens ait, non rectè dixisse glossam simpliciter loquentem in d. c. Per principalem, & Bald. in l. Rescripta, C. de precib. Imper. offer. dum volunt omnia beneficia mundi, etiam Episcopatus quoad Papam dici debere manualia, ut sic eorum Rectores ab eo ad nutum removeri possint. Quoniam hoc verum non est nisi iusta subita causa, vel nisi consensus intervenit ipsius amovendi, & ista est magis communis opinio, ut ibi testatur Horatius Mendos. in *additæ. littera B. in ver. Non possit.* De qua late per Felio. in c. *Qua in Ecclesiis, n. 43. de Consi.* Similiter Cardinalis in *præcit. conf. 142. num. 3. vers. Et si dicatur, affirmat* (Papam habere quidem plenariam potestatem in titulis beneficiis, sed etiam hoc ita intelligendum esse, ut evitetur inconveniens, ne alicui fiat iniustitia. Item, ut ipse ait, non est verum quod glossa dicit in d. c. Per principalem, Papam posse sine causa auferre beneficium: hoc enim debet intelligi cum causa; sicut & alias dicit glossa Papam posse Episcopatus dividere ex causa, c. 1. 10. *dist. nam & l. Bene à Zennone, quam alle-****

gat glossa in d. c. Per principalem, non probat Imperatorem posse sine causa alicui rem auferre; imò etiam Constitutio Principis, quæ sine causa transferat ius iunius alium, non tenet, nec observanda est etiam in foro judiciali, ut notabiliter dicit Innoc. in cap. *Quia plerique ad fin. glossa magna de immunitate Eccles.* Hæc Cardini. & sequitur Alexi. *conf. 216. incip. Hæc arguentur summi, n. 1. lib. 2.*

77 Amplius quod dicunt Doctores, Papam de potestatis plenitudine posse sine causa quam ab officio, vel beneficio amovere, in hunc sensum est accipiendum, ut in foro quidem judiciali eodem Pontifice adhuc superstiti, illius iudicium à nomine infringi possit; nimirum, quia non est fortis contentiosus, qui de factis Papæ valeat iudicare, aut prima Sedis retrahere iudicium, c. *Patet, c. Nemo, c. Altorum, c. Facta iudiciorum, & per totam, 9. q. 3.* Sed hinc non sequitur quin Papam foro contentientie peccet contra iustitiam, ut declarat Præpos. in d. cap. *Per principalem, num. 9. Et hæc attendenda sunt, eadem causa, & quæst. Ac propterea licet gelta callari debent, vel ab ipso, vel à Pontifice inaccessore, qui eadem tangitur autoritate, & imperio, cap. *Innotuit, de electi*: & ita declarat Card. Bellam. in d. c. *Per principalem, num. 294. 9. quæst. 3.* ubi quod si Papa hoc fecerit sine causa, peccat quoad Deum, sed quoad istam Ecclesiam militanter oportet tenere quod facit, quia non est qui de factis ipsius iudicare possit, sed ipse, vel successor secus requiritur illud revocare debet, Quippe successore factum Prædecessoris revocat propter manifestam iniquitatem, cap. *Novit, 100. dist. Item propter alterius oppressionem, c. Ante triennium, 31. dist. Item propter exempli perniciem, c. Quia sancta, 5. Verum, 63. dist. Item ob iudicis circumventionem, cap. *Apollonia, cum duobus seqq. 35. 9. 9.***

79 Nec advertitur prædictis, quod in Principe disponente contra jus tertii causa presumatur, ut notat Legiste in l. *Rescripta, C. de precib. Imper. offer. & Canonizæ in c. Qua in Ecclesiis, supra de Consi.* nam respondetur hanc esse arduam questionem, in qua vix discerni potest utra opinio sit communior, ut patet ex cumulatis per Anton. Gabr. *d. tit. de iur. quas. non tollent. conel. 3. n. 1. & 4.* sed nihilominus opinio affirmativa recipit quatuor declarationes, quæ omnes concurrunt in casu præsentis. Primò enim declaratur, ut venditor sibi locum quando Princeps tollit jus tertii per viam legis generalis; secus si per viam rescripti, ut hoc casu, quia tunc non presumitur causa, quin potius litteræ finguntur extortæ Principe circumvento, Ita Curt. Sen. *conf. 20. incip. Sepe numerò animo voluit, n. 10. vers. Tertio respondeo, Roman. conf. 436. incip. Quod indultum, n. 19. Rebull. in *trac. nominat. 31. n. 66.* & probatur ex dictis supra n. 51.*

80 Secundò declaratur, ut locum habeat quando Princeps procedit motu proprio: secus si ad supplicationem partis, ut in hac specie, quæ declaratio fuit Joann. Monachi in c. *motu proprio, n. 10. & 13. de Præb. lib. 6. Felin. in d. c. Quæro in Ecclesiis, col. 2. 3. vers. Limita quinto, de Consi.* & aliorum, quos congerit Gabriel *d. conel. 3. n. 12.*

81 Tertio declaratur, ut non habeat locum, quādo Princeps procedit parte non citata ad dispositionem alteri prejudiciale. Et hoc voluit Abbd. in c.

in c. 1. *dist. 2. in princ. de caus. posses. & propriet. Soccin. sen. conf. 266. incip. In causa que veritur, n. 49. & conf. 164. Vija bulla, n. 14. & 17. vol. 2. Jaf. conf. 233. Circa primam, pu. 3. vers. Præterea quando Princeps, vol. 2. Curt. Sen. *conf. 20. n. 8. Curt. jun. conf. 170. Habita diligenti consideratione, n. 25. vers. Cum igitur in proposito, & Cravett. conf. 50. Vria sunt principatiter, n. 5.**

82 Quarto, (& hoc removel omne dubium) prædicta opinio affirmativa declaratur non procedere quando Princeps in rescripto contra jus tertii exprimit causam evidenter frivolam, seu minus iustam, quia tunc non obitanet clausula ex certa scientia, de plenitudine potestatis, motu proprio, & similibus, Princeps præsumitur circumventus, & tales litteræ sunt ipse jure nullæ. Hæc est singularis limitatio Decii, in *conf. 77. n. 10.* quam in terminis concessionis officii prius alteri ad vitam concessi, sequitur Bolognet: *conf. 2. n. 45. & eam tenent Soccin. sen. conf. 273. ante fin. vol. 2. Ruin. conf. 123. n. 23. vol. 3. & Gabriel. d. conel. 3. n. 10.* Et est simile in libello, in quo tamen non sit necessaria causæ expressio parte non opponente, l. *fin. C. de excepti. si tamen causa inepta exprimitur, libellus rescripto, secundum Bart. in l. 1. in princ. de eden. Bart. & Bald. in l. 4. n. 4. eodem. Nam secundum Alexand. ibi, & Ruin. *d. conf. 123. n. 24.* per expressionem in causa inepta apparet notoriè de calumnia libellantis, allegat gloss. in *Quædam major, §. 2. de bon. liber. & text. cum gloss. in Clem. Constitutus, de electi. quæ ratio cessat quando causa non fuit expressa. Idem videmus in appellatione à sententia dissimulata, in qua etiam non oporteat illam causam exprimere, sed satis sit dicere, appello, ut l. *8. de off. de appellat. c. Cordis, §. Ha qua, ubi hoc notat Archid. & Jo. Andr. in *fr. col. lib. 6. tamen si causa frivola exprimitur, non tenet appellatio, talia enim expressa nocent, non expressa non nocent, l. Expressa, ff. de reg. iur. & declarat Henric. Boich. in c. Consi. vol. 2. vers. tamen sic appellans, de appellat. Ita ergo in proposito cum in litteris Apollonicis fuerit expressa causa inhabilitatis ad officium exercendum propter cogitatem, & hæc causa sit irratiocinabilis & insufficientis ad promovendum officium ab officio Correctoris sibi ad vitam concessio, ut abundè ostensum est supra n. 40. & seqq. hinc manifestè sequitur, ut cesset præsumptio iustæ causæ, licet alias in Principe præsumeretur.****

In hac causa per tres Cardinales iudices Delegatos pronunciatum fuit pro reintegracione Officialis amoviti dixi in c. *Ceterum, in fin. supra de rescript.*

Omniatamen & singulari superius dicta humiliter subijcio determinationi, & correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, repetita protestacione, quam posui supra in proemio operis.

non plures sine recipiendi, quam quot de illorum redditibus absq. pecunia sustentari valeant.

3 Rescripto ut quis recipiatur in Ecclesia non numerata si facultates non suppetant, obstat exceptio pauperum.

4 Nisi Papa faciat Canonicum honorarium.

5 Prelati cogi possunt tot Monachos, vel Clericos instituire, quæ possunt de redditibus Ecclesiæ sustentare.

6 Declaratur n. 38.

7 Numerus in Monasteriis ex Concilio Tridentino qualiter constituendus.

8 Clericorum Regularium appellatione Monachi & Montales non comprehenduntur.

9 Monachi late sumpto vocabulo veniunt appellatione Clericorum.

10 Numeri præfixio in Monasteriis tam virorum quam mulierum ad quem spectet.

11 Et qualiter fieri debeat in Monasteriis virorum Italia, & Insularum adiacentium.

12 Constitutio sanctiss. D. N. Innocentii Decimi circa statum Regularium compilata in Congregatione hic refertur, ibid. vers. Sed quia decreta.

13 Numeri præfixio in quibus Monasteriis sit faciendæ.

14 Quid de iure communi.

15 Et quid ex Concilio Tridentino.

16 Monasterii redditus in præfixione numeri ad quam rationem pro alimentis uniuscuiusque de familia computari debeant, & n. seq. usq. ad n. 26.

17 Quid de iure communi, n. 11.

18 Et quid ex Concilio Tridentino, n. 19.

19 Commodè sustentari, & sine penuria ah differant, & n. seq. usq. ad n. 20.

20 Commodum affirmatur secundum consuetudinem regionis, & qualitatem persone, & n. 18. & 20.

21 Penuria quid sit, & unde dicatur.

22 Datis taxatio in ducatu ducenta indifferenter facta ab Episcopo in monasteriis Montalium Majoricæ, non probatur à S. Congreg. Concilii.

23 Monasteria pro duodecim Montalibus nullis fundantur cum minori reddito, quam trecentorum scutorum præter alios ordinarias.

24 Dos Montalis numeraria aulicè recipi possit à monasterio.

25 Cautela recipiendi pecuniam ab ingredientibus monasterium sine labe simonia.

26 Professiones eorum qui recipiuntur in monasterio ultra quam sustentari possint, an valeant, & n. seq. usq. ad n. 33.

27 Quid in professione Monachorum, & n. 32.

28 Et quid in professione Monachorum.

29 Et quid post Concilium Tridentinum, & n. seqq.

30 Decretum irritans tollit consuetudinem nedam præteritam, sed etiam futuram.

31 Et operatur ut non possit dari de non usu Constitutionis.

32 Numerus familia in monasteriis tam virorum, quam mulierum semel præfixum non augeri possit aucta redditibus, & n. seq. usq. ad n. 31.

33 Numeri præfixio habet tacitam conditionem, nisi redditus monasterii augeantur.

34 Numerus non rumpitur ipso jure per augmentationem reddituum, sed induitur potentia rumpendi.

35 Numerus augeri non potest nisi ex fructibus supererentibus supra numerari æquale stipendium habeant cum existentibus de numero.

36 Numerus præfixio in monasteriis virorum ita sit, & n. 4.

DE INSTITUTIONIBVS.

Cap. Non amplius.

S Y M M A R I V M.

Numerus personarum in Monasteriis institui debet secundum mensuram facultatum ipsorum.

In Monasteriis tam virorum, quam mulierum



- 1. usularum adjacentium augeti non potest etiam audis redditibus sine licentia S. Congregationis Concilij.
- 39. Numeri taxatio facta in vim Bullae Pauli V. non computatis compatiendum iterum est facienda.
- 40. Nevisum proferri potest in monasterio, ubi commodè vivere nequit, dummodo postea collocetur in alio, ubi commodè alii possit.
- 41. Moniales supranumeraria an, & qualiter recipi possint in monasterio, in quibus numerus est taxatus. & n. seq. usq. ad n. 47.
- 42. Dos Monialium supranumeraria quantae esse debeat.
- 43. Monialium decedentium loca non possunt concedi cuiquam puella ante vacationem.
- 44. Moniales supranumeraria qualitates requisitas habere debent tunc temporis, cum loca eis promittuntur, vel dantur.
- 45. Monialibus supranumerariis satis est ut durante anno probationis alimenta à parentibus ministrantur, & post professionem ex dote redditus augeantur quantum sufficit puellis recipiendum.
- 46. Monialibus supra numerum recipiendis in monasterio Placentiae, Congregationis Concilij probavit, ut propinqui ultra dotem se obligent ad annuam prestationem.
- 47. Ex promissione faciendae est monasterio, & pecunia reddenda ferri debent ad manus Abbatissae.
- 48. Moniales supranumeraria non subrogantur in locum Monialium decedentium intra numerum, sed semper remanent supranumeraria.
- 49. In cateris tamen ab alio non differunt, sed illis per omnia sunt aequales.
- 50. Canonici supranumerarij cur ingrediantur locum Canoniorum decedentium intra numerum, Moniales scilicet.
- 51. Monasteria de novo erigi non possunt nisi duodecim saltem Religiosi in cohabitare, & commode alii possint.
- 52. Alioquin si ecclesia post diem 21. Junij 1625. subiecta sunt omnimoda jurisdictioni Ordinarij loci, & nihilominus remanent antiqua prohibitio, num. 54. vers. Et novissime.
- 53. Quod locum habet etiam in Religiosis Capucinarum, Societatis Iesu, & alius, qua non consueverunt onera Missarum recipere.
- 54. Item locum habet etiam extra Italiam.
- 55. Monasteria tam virorum, quam mulierum an erigi possint de licentia solius Episcopi, & n. seq. usq. ad n. 72.
- 56. Quid de iure communi antiquo. Et quid ex Constitutione Bonifacij VIII. n. 59. Et quid ex Concilio Tridentino, n. 60. Et ex Constitutione Clementis VIII. n. 65. & 87. Et quid ex Bulla Innoc. X. n. 71. vers. 4.
- 57. Monasterij destructi reedificatio fieri non potest sine licentia Episcopi, reparatio scilicet. Nonnam dicitur cuius facies immutatur. ibid.
- 58. Monasterij erectio sustinetur si Episcopi consensu accedat post factum.
- 59. Mendicantibus ex Constitutione Bonifacij VIII. non liceat nova loca recipere, vel reprobata mutare sine licentia Papae, nisi pro eminentia vitae ducenda.
- 60. Monasteria ex Concilio Tridentino an possint erigi sine licentia Sedis Apostolicae, & num. seq. usq. ad num. 72.
- 61. Quid in non mendicantibus, & eremitis. Et quid in mendicantibus, n. 62. Et quid in monasteriis Monialium, n. 69.

- 62. Mendicantes qui sunt.
- 63. Correctio iuris est favorabilis quando sit reditus ad ius commune antiquum.
- 64. Licentia quid sit.
- 65. Monasteria Mendicantium erigendi licentia qua forma ab Ordinariis sit concedenda ex Bulla Clementis VIII. & n. 87.
- 66. Eadem forma servari debet in erectionibus, qua sunt de licentia Ordinarij, non autem Sedis Apostolicae.
- 67. Congregationis peregrinorum Ordinij Praedicatorum conceditur, ut sine Episcopi consensu possint conventus erigere ubi non sunt Episcopi.
- 68. Ecclesia seculari ab Episcopo erigi potest in monasterium de consensu quorum interest, & sine praedictio Reitoris.
- 70. Vicarius Capituli sede vacante an dare possit licentiam erigendi novum monasterium.
- 71. Carmelitarum Discretorum Congregationis B. Mariae Eullesis, & Clericorum Regularium S. Pauli Decollati indulta erigendi monasteria de sola Ordinarij licentia expenduntur. Monasteria virorum in Italia post Bullam Innocentij X. erigi non possunt sine licentia Sedis Apostolicae, n. 71. vers. Quartum.
- 72. Vicarius generalis Episcopi absq. speciali mandato an possit licentiam concedere novum monasterium erigendi, & n. seq. usq. in fin.
- 73. Mandatum generale non includit ea, quae ob sui gravitatem certa persona, vel dignitati à iure specialiter sunt commissi, & n. 84.
- 74. Vicarius Episcopi sine speciali mandato non potest beneficium suppressere, & n. 86.
- 75. Vicario generali non censetur commissi facultas, qua non competit de iure communi.
- 76. Vicario Episcopi regulariter non competunt quae sunt jurisdictionis voluntariae, & sapimus gratiam.
- 77. Licentia erigendi monasterium est voluntaria jurisdictionis, & gratiam sapit.
- 78. Ecclesiam & altaria dedicare solus Episcopus potest, non autem Vicarius.
- 79. Vicarius Episcopi sine mandato speciali non potest novam Dignitatem erigere.
- 80. Et sicut non potest beneficium conferre, ita nec creare.
- 81. Monasterium institui non potest sine Abbate, vel Priore, & Monachis.
- 82. Beneficia regularia duplicia quae dicantur.
- 83. Et quae simplicita.
- 84. Monasterij edificatio est de maioribus, quae non transferuntur in generali mandato.
- 85. Vicarius Episcopi non potest Ecclesiam de loco ad locum transferre.
- 87. Ordinariorum appellatione, de quibus fit mentio in Bulla 99. Clem. VIII. qui comprehendantur.

**N**ON AMPLIUS. Jo. Andr. non summat. Sic tamen summati potest. Numerus personarum in Monasteriis institui debet secundum mensuram facultatum ipsorum. Hoc dicit, & non dividitur.

2. Nota primò in Monasteriis tam virorum, quam puellarum non plures esse recipiendos, quam quot de illorum redditibus absque penuria sustentari valeant, ut hic est casus desumptus ex Concilio Arelateni, cap. 8. & hoc ne ad mensuram personarum quæramus possessiones, quod nimis avarum est.

- erisid ex possessionibus quæ sunt, meriamur expensas, ut in Auth. *Prædeterminat. si numer. Cler. post med. collat. 1. secundum Jo. Andr. hic n. 3. Cardin. in 3. notab. & Anchar. n. 2.* Quæ sit ut si quis impetraret re scriptum, ut in tali monasterio, vel Ecclesia recipere, oblatet exceptio pauperatis, ut hic, & in c. *Si proponere, supra de re scriptis. secundum Holt. in princ. Abb. n. 4. vers. Vltimo, idem Butr. n. 2. & Imol. n. 1.* qui ex hoc notant in Ecclesia non numerata semper competere exceptionem ut plures non recipiantur, quam ex bonis ipsius possint sustentari sine penuria.
- 4. Fallit hoc si Papa faceret Canonicos, vel Dignitates honorarias, secundum ea, quæ notantur in c. *Super inordinata, supra de praben. ut hic Holt. n. 2. & vide quod de his Dignitatibus ventosis notat Bald. in c. Cum olim, n. 8. supra de consuetud.*
- 5. Quamvis autem præceptum hic positum sit negative conceptum, videlicet non amplius recipiantur in monasteriis, quam possint ibi sustentari, ut in littera; tamen includit in se præceptum affirmativum, id est, ut tot sint recipiendi, quot ex redditibus monasterii sine penuria alii possint, & ad hoc quotidie allegatur ille textus, secundum Abb. in 1. notab. qui hinc colligit bonam practicam contra Prælatos, qui avaritiz causa nolunt multos Monachos instituire. Possunt enim compelli ab eorum Superioribus, ut tot instituant, quot possint de redditibus Ecclesie se sustentare, subdens hoc nunquam esse oblivioni tradendum, & est ex mente Innocentij, ut dicam infra n. 35. Sed hoc supponit aliam questionem, videlicet An Prælati Regulares audis redditibus monasterii possint, aut debeant augere numerum ibi præfinitum, quod inferius examinabitur in 5. quæst. à n. 33. & præteritum n. 38.
- 6. Secundò nota argumentum quod in Ecclesiis Regularium certus numerus taxari potest, secundum Abb. Antiqui. hic. Hodie hoc est exprellum à Concilio Tridentino in c. 3. sess. 25. de Regular. ubi statuitur, ut in monasteriis tam virorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus istantium numerus constituatur, ac in posterum conservetur, qui vel ex redditibus propriis monasteriorum, vel ex consuetis elemosinis commode possit sustentari. Concordant Constitutio Pii V. quæ incipit. *Circa pastoratus*, §. 7. in Bullar. rom. 2. pag. 184. & Decreta Clem. VIII. super reformatione Regularium, §. 7. in Bullar. ro. 3. pag. 81.
- 7. Tertiò nota ibi, vel clericorum, appellatione clericorum regularium non comprehendi Monachos, nec Moniales, cum ista ponantur hic tamquam diversa. De clericis enim regulatibus intelligi debet hæc littera, non autem de clericis secularibus, ut intellexerunt Butr. Card. & alii, & non bene, quia verbum clericorum regularium à verbo monasteriis. Non dicuntur autem monasteria clericorum secularium, sed regularium duntaxat. Quinimo monasteria regularium non debent converteri in habitacula secularium clericorum, nec debent regi per seculares, c. *Dadum*, 189. 2. c. *Quæ semel*, c. *Secq. 19. q. 3.* & clericis seculares venentes habitu, & nomine monachali jubentur fieri Monachi, vel ab hoc delistare, ut in c. *Vi clerici, infra de regular.* Nec placet ut verbum clericorum suppletur, id est Collegio, ut voluit Cardin. quoniam cum littera possit congruè intelligi de

clericis regularibus, non est recurandum ad suppletiones, cum præsertim de secularibus dispositum fuerit in c. *Authoritate, infra eod.* Hoc tamen intellige in stricta significatione; nam late sumpto vocabulo Monachi comprehenduntur etiam clericorum appellatione, ut hic per Abb. in 2. notab.

Hinc investiganda sunt multa, quæ à Doctoribus aut non attinguntur, aut minus persècte. Primò scilicet, ad quem spectat præfixio numeri in monasteriis. Secundò, in quibus monasteriis sit faciendae. Tertiò, ad quam rationem. Quartò, an receptio supra facultates monasterij sit nulla. Quintò, an numerus augeti possit audis redditibus. Sextò, an, & qualiter in monasteriis recipi possint Moniales supranumeraria. Septimò, an supranumeraria in locum numeraria decedentis subrogentur. Octavò, pro quot Regularibus monasteria sint erigenda. Nonò, an erigi possint de licentia solius Episcopi. Decimò, & ultimò, an possint erigi à Vicario Episcopi sine speciali mandato.

9. QUÆRO igitur primò ad quem spectat præfixio numeri in monasteriis mulierum?

Solutio. In monasteriis Monialium, quæ subiecta sunt Episcopo directo, planum est numeri præfixionem ad ipsum tantum pertinere, arg. cap. *Præcipimus*, 12. q. 1. c. *Omnes Basilica*, 16. q. 7. c. *Monasteria*, 18. q. 2. Si verò sint subiecta superioribus regularibus, numeri præfixio spectat tam ad Episcopum, quam ad Prælatum regularem ex Concilio Tridentino, c. 3. *quæst. ult. in fin. sess. 25. de regular.* nam in d. c. 3. Concilium loquitur impersonaliter ibi, *Is tantum numerus constituatur, & in posterum conservetur.* In prædicto autem cap. ult. præcipit ut decreta omnia illius sessionis executioni demandentur ab Episcopis in monasteriis sibi subiectis, & in omnibus aliis, ipsi in superioribus decretis specialiter commissis, atque omnibus Abbatibus & Generalibus, & aliis superioribus Ordinum.

Et ita S. Congregatio eiusdem Concilij Interpretes olim consulta an taxatio numeri Monialium Regularibus subiectarum, quæ faciendae ex decreto Concilij c. 3. sess. 25. de Regular. pertineat ad Episcopum solum, vel superiorem regularem: respondit spectare ad utrumque, & ad Ordinarium, & ad superiorem. Postea edita fuit Constitutio Gregorij XIII. quæ incipit. *Deo factis virginibus*, quæ observanda est. Mandat hæc Constitutio in §. 6. Monialium numerum per locorum Ordinarios etiam in monasteriis ab eorum cura, & regimine quomodocumque exemptis cum illarum superiorum interventu stabili, & ordinari, neque supra illum numerum alias recipi posse etiam de consensu Superiorum suorum, ut in Bullar. rom. 2. pag. 168.

10. Nec obtinent in monasteriis Monialium ubique locorum. Pro monasteriis autem virorum Italiae, & Insularum adjacentium emanavit decretum S. Congregationis Concilij de celeb. Missarum, §. *Postremo*, quo præcipitur Superioribus regularibus intra fines huiusmodi existentibus, ut in quilibet provincia adhibitis duobus, aut tribus Regularibus sui Ordinis, bona immobilia, redditus, & consuetas elemosinas diligenter recognoscant, omnibus detractis, quæ reparaciones, præstationes, grandines, sterilitates, & alia onera communi sunt.



fuverunt generaliter : eaque omnia in proximo Capitulo generali, vel provinciali coram tribus iudicibus ab ipomet Capitulo deligendis proponant, qui sedulo examinent quot religiosi homines connumeratis etiam laicis, aliisque necessariis servientibus in unoquoque monasterio iuxta regiones, & proprii instituti morem competenter valeant sustentari. Tum eorumdem bonorum, reddituum, & elemosinarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo exhibeant, ut in illo diligenter omnibus discussis, in singulis monasteriis cuiusque provincie certis earum tantum personarum numerus Patrum Capitaliarum voto præfigatur, quæ ex redditibus & elemosynis hujusmodi sufficienter alii possint, ut in eodem decreto plenius continetur, pro cuius executione in *5. seq.* alia adijciuntur, & pœna transgressoribus infliguntur, ut in *Bullar. tom. 4. pag. 3. 16.* Idemque ferè per omnia sanxerat P. Iulius V. in sua Constitutione, quæ incipit, *Sancitissimus, edita die 4. Decembris 1607.* ut in *Bullar. tom. 3. pag. 187.* Sed quia Decreta hujusmodi nonnunquam executioni demandata, in Congregatione Cardinalium, ac Prælatorum a Sanctissimo Domino nostro Innocentio X. super illicita superstitio Religioſum, diu multumque deliberatum est de ratione in eundem pro illorum executione ; & in iunctum est mihi veluti unum ex Prælatiſis ipſis Congregationis, ut minutam Constitutionis de superstitioſitate, quæ postea per manus delata, & a Sanctissimo probata, tandem jussu Sanctitatis suæ promulgata fuit. Ecce tenoris infraſcripti, videlicet.

## INNOCENTIVS PAPA X.

### Ad futuram rei memoriam.

**I**NTER cetera que ad Regularem disciplinam instaurandam, conservandamque Sacrosanctæ Tridentinæ Synodis iustitriter decrevit, illud semper præcipuum, & maximi momenti habitum est, quo iungitur ut in singulis monasteriis, & domibus Regularibus tantum numerus constitutur, & in potestatem conferretur, qui vel redditibus propriis monasteriorum, vel constitutis elemosynis commode possit sustentari. Quapropter ad huc usque inducendum fel. record. Clemens VIII. Paulus V. & Urbanus VIII. Romani Pontifices Prædecessores nostri varia decreta ediderunt; Sed quia nihilominus, sive ob injuriam temporum, sive ob Superiorum incuriam, sive alias ob causas, illius executionis hucusque protracta est, non sine gravi monasteriorum in spiritualibus, & temporalibus detrimento, ac Religioſum iacturâ, idcirco Nos nequaquam ignorantes quantum ex monasteriis per instituta, & rectè administrata in Ecclesia Dei splendore, atque utilitati oriatur, quantumque dignitati, & commode Ecclesiastici Ordinis detrahat multitudo Religioſorum, quæ sine defectu supra vires monasteriorum in Religioſum invehitur, ac proinde arbitrari valde acceptum, sacrisque Religioſibus profectum fore, ut Decretum tam salubre debita executioni demandetur, De consilio nonnullorum Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac Doctorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum motu proprio, ac ex certa scientia, & matura de-

liberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium præcipimus, & mandamus omnibus, & singulis dilectis filiis Generalibus, Commissariis, Præsentibus, Provincialibus, Ministris, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Præfectis, Rectoribus, Guardianis, Correctoribus, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum ac Domorum quorumcumque Monachorum, & Regularium virorum bona immobilia possidentium, & non possidentium, cuiuscumque Ordinis, Mendicantium, vel non Mendicantium Congr. Societatis, & Instituti etiam necessario, & in individuo exprimiendi existentium intra fines Italiae, & Insularum adiacentium, ut singuli ad quos pertinet, adhibitis duobus, vel tribus Regularibus sui Ordinis probatoribus, ac rerum utriusque peritioribus, bona immobilia, cœniis, redditibus, & obventionibus, item vicibus, vel sitibus, ac medicinalium, & alias quascumque tam ordinarias, quam extraordinarias expensas, etiam quoque alieni, necnon Musarum celebrandarum, fabricæ, Sacrificii, annuarum præstationum, contributionum, ac procuratorum, aliave cuiusvis generis onera diligenter, ac mature recognoscant, eaque omnia in scripturam redigant, exprimentes ipsius monasterii titulum, seu denominationem, item capacitatem, ac situationem, videlicet in qua diocesi, & an intra mœnia civitatis, vel oppidi, anve in pagis, seu villis, vel in filvis, aut nemoribus, & quantum distet à locis frequentibus & populosis: Item à quo tempore fundatum fuerit, & auctoritate, & cuius sumptibus, & quæ quo numerus Religioſorum in eo fuerit aliis prædictis, & quot ibi Religioſi, & servientes in præsentibus degant, specificatis uniuscuiusque nomine, cognomine & patria, scripturamque sic confectam propria manu subscribant, medio iuramento acclatantes vera esse omnia, quæ in ea continentur, consilioque sigillo obligatam infra quatuor menses à publicatione præsentium in hac Alma Urbe nostris, ut intra, faciendâ computandos transmittant, seu consignent Procuratori generali sui Ordinis in Urbe commoranti, qui una cum aliquibus gravioribus Religioſis à Congregatione prædictorum Cardinalium, & Prælatorum ad hoc specialiter deputandis, negotio mature perpenſo, ac computationis hujusmodi redditibus, elemosynis, & obventionibus universis, atque oneribus, ut supra, de tractis, sedulo examinent quot Religioſi homines, connumeratis etiam laicis, aliisque necessariis servientibus in unoquoque monasterio, conventu, collegio, & domo Regulari, quamvis, (ut præmittitur, sic hospicium, seu alterius Monasterii membrum) iuxta proprii instituti morem, vicium & vestitum, ac medicinalia in communibus habentes commode valeant sustentari, omnibusque diligenter discussis, familie cuiusque monasterii, conventus, collegii, ac domus Regularis hujusmodi in qualibet provincia, vel congregatione, certum

earum tantum personarum numerum præfigat, quæ redditibus, elemosynis, & obventionibus, ut supra, competenter alii possint, eaque numeri præfixiones una cum originalibus scripturis superstitiariis cuiusque monasterii, ac domus Regularis à Superioribus, ut præterit, confectis intra alios quatuor menses eidem Congregationi Cardinalium, ac Prælatorum exhibeat, ut ab ea recognoscantur, & approbentur. Quod si memorati Superiores, ac Procurator Ordinis intra præfixum terminum prædicta adimplere neglexerint, privationis vocis activæ & passivæ, nec non officiorum que tunc temporis obtinebant, & inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda perpetuam penam eo ipso abique alia declaratione incurram, rehabilitatione Nobis, & Sedi Apostolicæ reservata. Inter ea vero prohibemus, & interdiciamus omnibus, & singulis capitulis, & Congregationibus generalibus, provincialibus, & conventualibus, necnon Superioribus tam generalibus quam provincialibus, & localibus antedictis, ne deinceps quemquam ad habitum suæ Religioſis recipiant, nec jam receptos, aut in posterum contra hujusmodi prohibitionem solam recipiendos ad professionem admittant, donec scripturæ prædictæ, & præfixiones numeri familie cuiusque monasterii ac domus Regularis hujusmodi, eidem Congregationi Cardinalium, & Prælatorum realiter, & cum effectu fuerint exhibitæ, ac deinde memorati Superiores licentiam recipiendi ad habitum, & professionem ab eadem Congregatione obtinuerint. Alioquin receptiones tam ad habitum, quam ad professionem aliter factæ, sint ipso jure nullæ, nullaque inducant obligationem ad Religioſum in specie, vel in genere, aut ad alios quoscumque effectus. Et nihilominus contravenientes sententiam excommunicationis incurram, a qua per alium quam per Nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, nihil in mortis articulo constituti absolvi non possint. Non obstat quod præmissa omnia & singula Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in favorem quatuorcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Societatum, & cuiusvis alterius instituti, etiam Societatis Jesu, & monasteriorum, conventuum, collegiorum, domorum, ac locorum Regularium quorumcumque, necnon illorum etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quævis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus etiam in memorabilibus, exemptionibus quoque indultis, & privilegiis etiam ex causa, & titulo oneroso, vel in limine functionis, etiam in Mari magno, seu Bulla aurea, aut aliter nuncupatis sub quibuscumque ten. & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritâ. Decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine etiam ad Imperatoris, regum, seu aliorum Principum instantiam, aut alias quomodolibet etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis quoad ea quæ præsentibus quomodolibet adversantur, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis ten. & formis specialibus, & individua, & de verbo ad verbum, non au-

tem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quævis alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illustrata observata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentis, specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentibus literæ in valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in Aciè Campi Floræ de eadem Urbe publicentur, & affigantur; Quæ postquam sic affixæ & publicatæ fuerint, omnes & singulos quos illa concernunt, perinde ac deinde afficiant, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent; Quodque earundem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhibetur, si forent exhibite vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xvij. Decemb. MDCXXXIX. Pontificatus Nostri Anno sexto. M. A. Maraldus.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, Indictione secunda, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Innocentii Divina Providentia Pape X. anno sexto, die vero 22. mensis Decembris supra dictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerint ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in Aciè Campi Floræ per nos Ioannem Curzianum, & Iacobum Cornelium, prælatos S. D. N. Pape Curatores.

1. QUÆRO in quibus monasteriis faciendâ sit numeri taxatio.

2. Solutio. De iure communi faciendâ erat tantummodo in monasteriis non Mendicantium, ex Constitutione Bonifacii VIII. in *cl. un. 5. sane, de statu Regular. lib. 6.* & potuit esse ratio, quia cum monasteria Mendicantium bona immobilia non possiderent etiam in communi, ut c. *Nimis iniqua, & c. Nimi prava heretice, Prælat. c. 1. ubi qui scilicet, de verb. signif. lib. 6.* taxatio numeri ad rationem reddituum propriorum monasterii non videbatur possibilis, cum nec possent habere annuos redditus, qui inter immobilia computantur, ut in Clem. *scripi, 5. Cùmque annui redditus, de verb. signif.* Unde nec in his servari poterat hæc Decretalis, quæ præcipit tot recipi, quot ex redditibus monasterii sustentari possint. Verum hæc differentiam sustulit Tridentina Synodus in *cl. cap. 3. sess. 25. de Regular. ubi disertis verbis præcipit taxari numerum familie in monasteriis tam virorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus. Atque ita hæc in parte ampliavit Constitutionem Bonifacii ad monasteria quæcumque etiam Ordinum Mendicantium. Nec obstat objecta impossibilitas. Quoniam ex Concilio in monasteriis non possidentibus bona immobilia fieri potuit taxatio secundum consuetas elemosynas; præterquam, quod in monasteriis virorum etiam Mendicantium, exceptis Capucinis, & Minoribus de Observantia, & in omnibus monasteriis Sanctimonialium poterit fieri taxatio numeri, etiam ad rationem propriorum reddituum*



monasterii, quia ex indulgentia Concilii bona immobilia eis possidere licet, ut in d. c. 3. in prin.  
 24. QUÆRO, ad quam rationem reditus monasterii in prædicatione numeri pro alimentis uniuscuiusque de familia computari debeant.  
 25. Solutio, textus noster in taxandis Regularium alimentis hoc tantum requirit, ut sine pecunia sustentari possint: & ita etiam loquitur c. un. §. sane, de stat. regular. lib. 6. Unde Jo. And. in sua gloss. ordinaria ibi posita in ver. Absque penuria. (Nota inquit) non dicitur, commode, sed absque penuria; nam potest contingere ut sustentari non possint commode, & tamen possint sine penuria sicut Canonicus Bononiensis de centum florensis non possit commode sustentari, & tamen absque penuria de 26. viginti quinque sustentaretur. In illa enim communitate inspicitur consuetudo regionis, & quaeritur litas persona. Penuria verò secundum derivatores habet in se egelatem, indigentiam, & defectum necessarium. Hoc ergo voluit Constitutio, ut constituitur in monasterio non Mendicantium non haberent necesse mendicare propter necessarium in defectum. Hæc Jo. And. cuius distinctio non præcise dicitur, sed in c. 4. Franc. 1. Imol. hic n. 1. & Abb. n. 2. dicentes satis esse ut sine penuria ibi esse possint, licet non commode, & inter hæc longam esse differentiam. Et consuetudo Rebul. in d. congrua portione, g. 2. nu. 78. nam, ut ipse ait, Penuria dicitur inopia earum maxime rerum que in penam recondi solent. Et penus nomine continentur, quæ usui & potui sunt accommodata. 28. ta. l. 3. in prin. ff. de pen. leg. Commode autem vivere intelligitur apte, utiliter, & secundum qualitatem litatus. tamen differentiam pluribus confirmat Ripa in c. Cum M. n. 21. supra de Consi. sed illa impugnat Dec. ibi n. 4. contendens, eam tunc non probari. Ego vero adverto differentiam hæc forte admitti posse in terminis juris communis, ad inducendam nullitatem professionis, prout loquitur glossa Jo. And. in d. §. sane: nam illud jus novum, & penale, quod receptionem vitat, & loquitur de receptis, quæ sustentari non possunt absque penuria, non debet extendi ad receptas, quæ non possunt ibi commode sustentari, licet absque penuria possint: & ita in eo casu Jo. And. dicit se in facto obtinuisse. Verum quoad receptionem ipsam, & taxationem numeri familie in monasteriis tam virorum, quam mulierum dico hæc differentiam hodie sublata esse à Concilio Tridentino in d. c. 3. sess. 25. de Regular. ubi discretis verbis præcipitur, ut in tantum numerus in eis constituantur, & in posterum conservetur, qui vel ex redditibus propriis monasteriorum, vel ex consuetis elemosynis, commode possit sustentari. Pondera quia non dicit sine penuria, sed dixit commode. In hac autem communitate arbitrandum fautor cum Joan. Andr. ibi citato certam regulam consitum non posse, sed pro qualitate regionis, & personarum modò plus, modò minus taxari debere. Unde cum Universitas Majoricen. conquesta esset apud Sacram Congregationem Concilii, quod Episcopus statueret, ne Moniales in monasteria reciperebantur cum minoris dote, quam ducatorum ducatorum, Sac. Congregatio censuit scribendum ad Episcopum, ut nihil præcisè statueret, & si quidquam statuit, abrogeret: Verum tamen pro qualitate personarum, ac temporum modò plus, modò minus bonorum monasteriis

tradi sinat. Habenda tamen est ratio onerum monasterii, ut hic per Abb. nu. 2. vers. Et intellige, & fasius dictum est supra n. 10.  
 In specie autem pro monasteriis Sanctimonialium ubique locorum fundandis Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium negociis præposita non contulit fundationem admittere, nisi pro numero duodecim Monialium constituantur dos perpetua non minoris summa, quam annuorum sexcentorum, non in censibus, sed in bonis stabilibus & frugiferis consentium, ac præterea requirit ut moniales secum deserant elemosynam dotalem post professionem in bonis stabilibus, vel in censibus perpetuis, ac ruti vendendam.  
 24. Sed dices, Si monasteria habent, prout habere debent redditus sufficientes ad alendas moniales numerarias; Ergo dotis delatio illicita est, & simoniacæ, per textum in c. Quotiam, infra de Simon. ubi Simoniaca labe dicitur usque ad eam plerasque moniales infecisse, ut vix aliquas sine pretio recipiant in fores, paupertatis prætextu volentes huiusmodi vitium palliare, & S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum olim consulta an monasteriis monialium, in quibus iuxta decretum c. 3. sess. 25. de Regular. Episcopus verum numerum constituit, liceat Abbatibus in locum monialium deficientium alias recipere, pascua certa elemosynam pro dote; & quatenus non liceat, quæ provisio sit per Episcopum adhibenda; respondit se ex redditibus monasterii, vel ex consuetis elemosynis tantum suppetat monialibus, ut ad ipsarum victum, & ad fabricam Ecclesiæ, aliasq. necessitates commode sufficiat, minime licere. Secus si monialium numerus augetur. Cum autem huiusmodi theoretica ad praxim difficultatibus deduci possit, referendum Sanctissimo, qui probavit sententiam Congregationis, confirmans augendum numerum si dos recipienda sit.  
 Verum hæc difficultatem postea sustulit S. Congregatio super negociis Episcoporum, & Regularium, quæ animadvertens Sanctimonialium monasteria sine dotium subsidio dici sustentari posse, & propter ingruentes necessitates, & casus inopinatos plerumque ad inopiam redigi: summis Pontificibus approbantibus prudenter sanxit, ut dotales elemosynæ à Monialibus numerariis persolverentur, tamen si numerus esset taxatus ad mensuram reddituum monasterii. Ex penuria enim multa proveniunt mala, præsertim in monasteriis Dominarum, ut inquit Host. hic in fin. facit c. si quis obiectis, l. g. 3. Nec obstat textus in d. c. Quotiam: nam ut ibi responderet glossa Joannis in ver. Paupertatis Si moniales ita pauperes sunt, ut non possint aliquo modo ibi aliam recipere, quia non habent ibi victum; sub hæc forma possunt recipere, non habemus quid demus tibi pro victu, nisi tu portes tecum unde vivas, dum tamen hoc non dicatur in fraudem, nec deducatur in pactum, arg. c. si quis propter hoc, l. g. 2. & quamvis Bernardus ibi in fine ejusdem glossæ addat tunc esse, ut nullo casu taliter aliqua recipiatur; tamen praxis quotidiana docuit id sine gravi monasteriorum detrimento servari non posse.  
 25. QUÆRO, Si in monasterio plures recipiantur, quam ex redditibus tuis possint sine penuria sustentari, An receptio sit nulla, necne.  
 27. Solutio, Si Monasteria sine mulierum ordi-

non Mendicantium, de jure communi palam est receptionem non vitare, quia Bonifacius VIII. in c. un. §. sane, de stat. regular. lib. 6. dilucide inhibuit, ne in Monasteriis dictorum Ordinum aliquæ reciperentur de carere in fores, nisi quot possent de ipsorum Monasteriorum bonis, live proventibus absque penuria sustentari, irritum decernendo si secus actum esset. Atque ita ex hoc capite professiones esse nullas firmat hic Jo. Andr. n. 1. in ver. Quotiam. Butr. in col. & Abb. omnes n. 2. Secus si monasteria mulierum sint Ordinis Mendicantium, quia de illis non loquitur Constitutio, & pena nullitatis professionis ultra casum ibi expressum extendi non debet ad correctionem juris communis, c. Quæ a jure de regul. lib. 6. Et idem est in Monasteriis etiam Ordinis non Mendicantium, ut post Jo. Monac. & Archid. firmat gloss. ultra in d. §. sane, quia licet etiam in his ultra quam sustentari possunt recipi non debeant, si tamen fuerint recepti, tenent: nam & hominum corporibus se immisce, & sibi vitæ necessaria acquirere possunt, c. Naniquam, de consecr. dist. 5.  
 29. Ceterum hæc Constitutionem Bonifacii VIII. quoad penam nullitatis professionis contraria consuetudine abrogatam esse existimat Thom. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 3. c. 23. n. 4. vers. Secunda conclusio, & moderni Collectores in d. §. sane, n. 31. cum compertum sit plures sæpe admitti, quam sustentari valeant, nec unquam nostris temporibus auditum sit ex hoc capite in controversiam vestri validitatem professionis, nondum eam irritari. Sed iudicio meo hoc patitur difficultatem, quia cum Constitutio Bonifacii in d. §. sane, habeat decretum irritans contraria consuetudine abrogari non potuit: nam decretum irritans tollit consuetudinem nedum præteritam, sed etiam futuram, ut firmant in c. Cum ad benevolentiam de preben. lib. 6. Archid. in ver. Sed pone. Joan. And. in ver. Legatima, vers. Si Papa, Germin. col. 2. vers. Nota bene, & Franc. 4. vers. Ex quibus nota, & est communis opinio, ut testatur Anton. Gabriel plures cumulans lib. 6. cummun. conclus. in tit. de clausul. conclus. 3. num. 40. vers. Tertius principalem effectus, & num. 42.  
 31. Nec potest dari de non usu illius Constitutionis, in qua est appositum decretum irritans, Abb. in c. 1. num. 4. vers. Unde ibi supra de ereg. & pac. & ibi etiam Felin. n. 6. vers. l. ex nova, Rota dec. 207. num. 6. part. 7. recent. Dico igitur ex alio capite professionem sustineri, nempe quia Concilium Tridentinum in d. c. 3. sess. 25. de Regular. præscribit novam formam taxationis numeri in monasteriis tam virorum, quam mulierum, etiam Ordinum Mendicantium, nec apponit penam nullitatis receptionis; inde signum est nullius esse professiones ex hoc capite essent irritæ, arg. c. inter corporalis, vers. Unde si extra, supra de transi. Epist. Præsertim hæc longissima observantia sub equiva, ad l. Si de interpretatione, ff. de legib. & c. Com dilectus, de consuetud. Et quamvis inducatur correctio Constitutionis Bonifacii in d. §. sane, tamen hoc casu correctio juris est favorabilis, cum per eam redicamur ad jus commune  
 32. antiquum, ut dicam infra num. 63. Atque ita proposito dubio an professio receptorum ultra facultatem monasteriorum præfixo, vel non præfixo numero si nulla, stante c. Periculosus, §. sane, de stat. regular. iuxta reg. a fin. sess. 25. de regul. non

pò in ea verba. (Hæc omnia, & singula in superioribus decretis contenta observari S. Synodus præcipit.) S. Congregatio Cardinalium Tridentini Concilii Interpretum censuit non esse nullam.  
 33. QUÆRO An numerus familie in monasteriis tam virorum, quam mulierum servari definit augeri possit, si reditus fuerint adaucti.  
 Ad partem negativam facit decretum Concilii Tridentini in d. cap. 3. sess. 25. de regularib. Quod non tantum præcipit, ut in monasteriis ad mensuram reddituum numerus constituantur, sed etiam ut in posterum conservetur.  
 34. In oppositum est veritas, quia in constitutione taxativa numeri subintelligitur taxata consuetudo, nisi reditus monasterii auvantur. Casus est in c. Cum M. vers. Nisi in tantum excesserent Ecclesiæ facultates, supra de Consi. & ibi notat gl. in ver. Sufficere, Cardin. in prin. & communiter omnes. Nam qualibet dispositio intelligitur rebus sic stantibus, c. Beatus, 2. 2. q. 2. & c. Quemadmodum, cum ibi notatis, de jur. jur. & constitutio limitatur ad limites causa ipsius constitutionis. Causa determinativa numeri est sola penuria, fructuum augmentatio: ergo fructuum debet esse causa solutiva constitutionis ex defectu causa, ut bene patet Butr. in d. c. Cum M. num. 2. vers. Si est confirmatus, Felin. in c. Cum accessissent, num. 73. de Consi. & Jac. in l. Quod servius, n. 1. ff. de condit. cau. dat. non seq. & hoc tenet aperte Innoc. hic post prin. dicens plures in monasterio esse ponendos, si plures quam ibi sunt commode possint sustentari, allegat c. Quanto, infra, de cens. c. Præcipimus, l. 2. q. 1. & c. Canonis, l. 6. q. 7. & cum Innoc. consentiant hic Host. num. 2. in ver. Regere, & Abb. n. 51. Quinimò glossa hic videtur tenere per superexcellentiam fructuum in monasterio numerum frangi ipso jure. Quam glossam extollit Butr. hic num. 5. & 6. remittens ad c. Dilectus, in prin. supra de preben. & c. Cum M. de Consi. Contrarium tamen ex eadem glossa postea deducit idem Butr. hic num. 7. colligens ex illa augmentationem, seu diminutionem reddituum non impere numerum, sed inducere potentiam rumpendi. Quod magis placet, nec glossa dicit, ipso jure, & in hoc etiam residet hic Imol. num. 3. vers. Nota bene, & Abb. n. 5. in fin. Conclude igitur auctis redditibus posse augeri numerum familie tam in monasteriis virorum ultra montes, quam in monasteriis Monialium ubique locorum, iuxta declarationem S. Congregationis Concilii à Sanctissimo approbatam, de qua supra in 3. quæst. num. 24. Dummodo tamen augmentum sit tale, ut persona ultra numerum receptæ ex redditibus superexcellentibus æquale stipendium habeant cum reliquis de numero, vel saltem sufficiens, & honestum, ut probat text. in d. c. Cum M. ibi, si ex eis pares potuerint cum aliis fortiori præbendas, supra de Consi. & firmat glossa nostra hic vers. Ergo tantam debent: nam propter augmentum modicum non est augendus numerus, arg. l. 1. & fin. c. de allu. secundum Innoc. hic in fin. Host. num. 3. Butr. num. 6. Cardin. & Anchar. num. 3. Dixi in monasteriis virorum ultra montes, quia in his, quæ sunt in Italia, & insulis adjacentibus servari debent decreta S. Congregationis Concilii de celebr. Missar. quibus specialiter cautum est, ut Superiores regulares perpetuò servare teneantur numerum



familie in singulis huiusmodi monasteriis Capituli generalis, vel provincialis auctoritate præfinitum, nec possint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augmenti reddituum absque Sacrae ipsius Congregationis licentia sub pena privationis officiorum, vocisque activæ, ac passivæ, & perpetuæ inhabilitatis eo ipso incurrenda, ut in §. 13. in Bullar. tom. 4. pag. 316. Idemque prius statuerat Paulus V. in Constitutione, quæ incipit, *Sandissimus*, edita die 4. Decembris 1605. ut in Bullar. tom. 3. pag. 187.

Porro ubi hæc numeri præfixio facta jam fuerat in vim prædictæ Constitutionis Pauli V. absque tamen computatione reddituum cuiusque religiosi, S. Congreg. Concilii Sanctiss. D. N. Urbano VIII. approbante censuit iterum faciendam servatam formam ultimæ decreti hæc de re editi, ut in declarationibus impressis, quæ habentur in Bullar. in calce eorundem decretorum, tom. 4. pag. 318. vers. *Decimo septimo*, declaravit etiam novitios ad habitum regularem admissos esse admittendos ad professionem in monasteriis, in quibus habita, ut supra, præfixione numeri, commode alii non possunt, si alias habiles existant, ac deinde in aliquo alio monasterio ejusdem Religionis collocandos esse, ubi commode alii possunt, ut in declarationibus impressis, quæ habentur in Bullar. in calce eorundem decretorum, vers. *Decimo septimo*, & vers. *Decimo octavo*.

6. QUÆRO an in monasteriis Monialium, in quibus numerus est taxatus, possint recipi Moniales supernumerarias.

Affirmant Navarr. de rebus, Eccles. q. 1. monit. 62. Suar. de relig. tract. 3. lib. 4. c. 9. n. 17. Valer. Reginal. in Praxi fori penitential. lib. 23. n. 194. & Sanchez in Præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. c. 23. nu. 24. vers. *Tertia*, existimantes ex dispositione juris communis, & Concilii Tridentini tantummodo prohiberi in monasterio, in quo plures Moniales alii non possunt, alie recipiantur Monasterii expensis alienæ, & ad hæc partem facit glossa in c. *Quoniam*, in ver. *Pauperatus*, infra de simon. ut dixi sup. in 3. quæst. nu. 25.

Solutio. Ex stylo Curie pro Monialibus supernumerariis in Italia, & Insulis adiacentibus dari solent licentia impressa S. Congregationis Episcoporum, & regularium sigillo Cardinalis Præsæditi obligata, & à Secretario ipsius Congregationis subscripta. Extra Italiam verò expediuntur per litteras Sanctissimi Domini Noltri in forma Brevis. In quibus quidem licentijs multæ conditiones præscribuntur, & inter ceteras, ut duplicem solvant elemosynam. Declaravit autem facta eadem Congregatio die 6. Septembris 1604. duplici elemosynæ nomine intelligi semper debere duplicem summam ejus, quæ in receptione cuiusque Monialis intra numerum in quolibet monasterio constitutum erogari pro tempore consueverit: ita tamen ut ubi summa, quæ confertur, minor est scuis ducentis, ibi saltem ratione duplicatæ elemosynæ solvenda sint seuta quadringenta, & non minus: eadem quoque S. Congregatio distictè prohibuit ne loca per obitum Monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura, cuiquam puellæ ad habitum regularem recipiendæ concedantur, neque promittantur, nisi sequita vera, & reali illorum vacatione, atque ita demum & non antea de eis disponi, ac Monialis demortuæ locum, promissionem, aut re-

ceptionem in Capitulo, seu quovis alio modo fieri iussit, dummodo tunc temporis puella ipsa recipienda, & etatem habeat idoneam, & ceteras qualitates requiritas; quibus etiam prædictas esse debere voluit eas puellas, quæ supra numerum recipiendæ sunt, etiam tunc cum eis loca vel promittuntur, vel dantur. Si quid verò contra à quocumque fieri contigerit, irritum, & inane, ac nullius roboris, & momenti fore, & esse decrevit. At nihilominus Abbatissas, Priorissas, & alios quoscumque monasteriorum Superiores, qui cuiusvis puellæ receptioni, vel admissioni, aut locorum vacaturorum promissioni adversus præsentis decreti dispositionem consenserint, privationis vocis activæ, & passivæ, atque arbitrio ejusdem Congregationis inhærentis penis obstrictos, & obnoxios fore declaravit, si vis etiam semper, & in suo robore permanentibus aliis quibuscumque ipsius Congregationis decretis aliis latitis, præsentis decreto non contrariis, præsertim circa Monialium admissionem, & receptionem ad habitum, & professionem, circa elemosynarum depositionem, & derogationem in bona stabilia, quibus nullatenus derogare voluit, & intendit.) Decretum habetur impressum apud Stephan. Quarant. in Summa Bullar. in ver. *Monasteria Monialium*, pag. 359. licet corruptè libelatur verbum, *quadringenta*, & legendum sit, *quadringenta*.

Porro cum Placentia ferè in omnibus Monasteriis taxatus esset numerus Monialium, qui ex redditibus, & consuetis elemosynis commode sustentari valeat, Cumque multa puellæ inhærent ut supra numerum recipiendæ, dicentes, se non fore onerosas monasterio; Tum quia solvent dotem solitam, quæ poterit converti in emptionem alicujus annui redditus; Tum quia parentes se obligabunt dare cuilibet ipsarum donec vixerint aliquid pro sustentatione vitæ illius, & cum difficile esset cohibere cives, ut expectent mortem multarum quæ nunc sunt Monialium, Episcopus anticeps quid agendum esset, consulit S. Congregationem Concilii. Primo an durante tempore probationis satis consilium sit, si puellæ alimenta à parentibus subministrantur.

Secundò, an adveniente tempore emittendæ professionis, satis sitolvere dotem ea pactione, ut inde emanent annui redditus, vel res stabiles, vel ut redimatur aliquis ager monasterii, ita ut augetur redditus monasterii, licet in speciebus omnibus monialibus in communi, adhuc non possint commode sustentari.

Tertiò, an satis consilium sit menti legislatoris si ultra dotem in solutum dandam certa promissio fiat à parentibus alicujus annuæ pensionis vita durante illius puellæ, quæ sufficiat ad victum illius.

Quartò, an promissio faciendæ sit monasterio, vel puellæ.

Ad primum S. Congregatio respondit satis esse consilium.

Ad secundum satis esse si pecunia, quæ non minus dotis dabitur, convertatur verè in emptionem tanti annui redditus, vel in redemptionem tot bonorum monasterii oppignoratorum, ut sic redditus monasterii tantum augetur, quantum sufficiat victui puellarum in Moniales recipiendarum; Quod tamen augmentum non privatum vertatur inutilitatem ipsarum puellarum, sed in totius monasterii communem usum, ex quo & ipsæ puellæ una cum

aliis Monialibus alii poterunt.

Ad tertium debere Episcopum id curare omnino, ut propinque publici, validoque instrumento se obligent ad certam annuam præstationem, quæ minor non sit duodecim aureis pro necessitatibus puellarum dum vixerint.

Ad quartum respondit promissionem hæc faciendam esse monasterio, non autem puellis ipsis. Minime permittendū, ut pecunia hæc detur eis, ne alioquin contra votum suū solemne fiant proprietaria; sed recta deferatur ad manus Abbatissæ, quæ in primis ex ea subveniet arbitrio suo necessitatibus earum Monialium, pro quibus perfoluta fuerit. Si quid verò reliquum erit, convertet in communem usum monasterii. Quæ omnia Sanctissimus in Consistorio approbavit, non tamen ad eum finem, ut fiat nova Bulla super hæc declaratione, sed ut singulis Episcopis prædictis, prout nunc petiit Placentinæ, ita responderetur.

7. QUÆRO, an Monialis supernumeraria, decedente aliqua Moniali de numero, in ejus locum subrogetur.

Ad partem affirmativam facit, quia Canonice ultra numerum receptus in Ecclesia in qua sunt præbendæ distinctæ, si moriatur Canonicus numerarius, extinguitur, & locum decedentis ingreditur, eique præbenda, ut præfertur vacans, est conferenda, non autem Canonico numerario, ut ex communi Doctorum sententia contra Innocentium firmata Anton. de Butr. in d. c. *Dilectus* in l. n. 9. vers. *hæc est in effectum*.

Solutio. S. Congregatio negotiis Episcoporum & Regularium præposita generali decreto statuit, & declaravit Moniales quæ supra numerum in quolibet Monasterio constitutum recipiuntur, in locum Monialium decedentium intra numerum nequaquam subrogari, neque impedimento esse, quum alie in locum earundem ex numero demortuarum recipi eo modo valeant, quo in singulis monasteriis Moniales intra numerum possunt admitti. Quinimo easdem sic supra numerum receptas supernumerarias semper quoad hoc remanere, etiam in ceteris ab aliis nihil differant, sed illis in omnibus pareas, & æquales juxta cujusque monasterii institutum esse debeant 6. Septembris 1604.

Non obstat contrarium de Canonicis ultra numerum receptis, quia in eis diversa militat ratio: nam cum nihil in Ecclesia deferant, de illius redditibus sunt alendi, videlicet de quotidianis distributionibus, ut in c. *Dilectus* in l. primo in fin. supra de præb. & de redditibus super excrecentibus, ut in d. c. *Cum M. de Constr.* iisque non extantibus, habere debent præbendam cum primum se facultas obtulerit, d. c. *Dilectus*, & c. *Relatum*, de præb. & c. *Cum super de concess. præb.* merito supra numerum receptus subrogatur in locum antiqui prædefuncti. At focus est in Monialibus supernumerariis, quia cum unaquæque secum deferat elemosynam dotalem fecitorum ad minus quadringentorum in bonis stabilibus, vel censibus perpetuis inveniendam, ex quorum redditibus commode alii possit, nulla ratio suadet ut locum decedentis ingrediatur.

8. QUÆRO, pro quot Religiosis ad minus monasteria sint erigenda?

Solutio. Gregorius XV. approbante S. Congregatione Cardinalium super negotiis, & consuetudinibus fabricarum Oratorii domus, 9.

sultationibus Episcoporum, & Regularium, sub die 17. Augusti 1621. revocavit licentias à Paulo V. concessas erigendi novos Conventus cum sola licentia Ordinariarum, voluitque, ut de cætero non erigerentur, nisi in eo saltem duodecim Religiosi habitare, atque ex redditibus ipsorum monasteriorum, & consuetis elemosynis commode sustentari possent.

Ex decretis autem S. Congregationis Concilii de celebrat. Missar. editi sub die 21. Junii 1625. §. 14. statutum est ut monasteria, conventus, domus, congregatio, vel societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiantur, nisi præter alia ad id requisita, in singulis ejusmodi locis duodecim saltem Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis elemosynis competenter sustentari valeant ad præscriptum Decreti Gregorii XV. hæc de re edita, alioquin monasteria, & loca hujusmodi posthac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra, sustentari, acque inhabitare non poterunt, & actu non habitaverint, ordinarii loci vibrationi, & correctioni, atque omnimoda jurisdictioni subiecta esse intelligantur in Bullar. tom. 4. pag. 316.

Et S. Congregatio consulta An hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum, comprehendat eas Religiones, quæ non consueverunt onera Missarum recipere, ut sunt Religiones Capuccinorum, ac Societatis Jesu; Sac. Congregatio censuit comprehendere. Item consulta An idem decretum habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam est restrictum decretum proximè antecessens, an verò etiam extra Italiam: Respondit habere locum etiam extra Italiam, ut in declarationibus S. D. N. Urbani VIII. auctoritate editis, quæ habentur impressæ in Bullar. eodem tom. 4. pag. 318. vers. *decimo nono*, & vers. *ultimo*.

Et novissimè quaesitum fuit, An decretum felic. rec. Urbani VIII. de celebrat. Missar. §. 14. Bullar. nov. tom. 4. pag. 314. prohibens recipi monasteria, seu Conventus, in quibus duodecim saltem Religiosi sustineri non valeant, adjecta pena subjectionis jurisdictioni Ordinarii loci, sit correctorium, seu abrogativum Constitutionis fel. rec. Gregor. XV. 31. in Ordine eod. tom. 4. pag. 134. absolute prohibentis erectionem monasteriorum, seu Conventuum, in quibus 12. saltem Religiosi ex redditibus, elemosynis consuetis sustentari non possint, ita ut alias erectio, quamvis ex pio legato facta, censetur prohibita, & indigeat dispensatione Apostolica?

Die 13. Aprilis 1652. S. Congregatio Eminentijs, Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit supradictū decretum fel. rec. Urbani VIII. non esse correctorium, seu abrogativū dictæ Constitutionis fel. rec. Greg. XV. incipiens. *Cum alias*.

9. QUÆRO, an monasteria tam virorum, quam mulierum erigi possint de licentia solius Episcopi? Pro solutione quatuor tempora sunt distinguenda. Primum tempus est jura communis antiqui, & secundum hoc monasteria regularium absque dubio erigi poterant auctoritate Episcopi Diocesani, ut c. *Quidam*, in l. 8. quæst. 2. ibi, (Placuit igitur neminem aut edificare, aut construere monasteria, aut Oratorii domum sine conscientia ipsius Civitatis Episcopi.) Quod & leges civiles sanxerant, ut in Auth. *Ve nullus fabricet Oratorii domus*, §.



*Sancimus, collat. 5. Ad idem c. Cellulas, ead. caus. & quest. ubi dicitur, cellulas novas, aut congregatunculas Monachorum ab que Episcopi notitia prohibemus institui, & cap. De monachis immediate precedenti, ubi sic legitur: (De Monachis monasterium novum, nisi Episcopo aut permissente, aut probante, nullus incipere, aut fundare præsumat.) ubi glossa prima ponderando illud verbum, novum, notat requiri consensum Episcopi, si totum monasterium sit destructum, quia novum dicitur, cujus facies immutatur, l. 1. §. Opus novum ff. de nov. oper. nunciat. Secus in reparatione, c. 39 qui vult. 1. §. q. ult. c. Judex, infra de iudic. & l. 2. c. 3. c. de oper. publ. Item gloss. ult. in d. c. De Monachis, ponderando verbum, probante, notat satis esse ut Episcopi consensus accedat post erectionem, quia ratiabiliter potest confirmare, cap. ult. 2. l. quæst. 1. & consentiunt ibi. Hugo, Archid. & alii; alioquin quod factum fuerat, destruitur, ut c. Placuit, de consec. dist. 1. Licentia vero Sedis Apostolicæ tunc temporis non requirebatur, ut c. Nihil, al. secundo vers. Ad hoc, infra de excess. Prælat. & notat glossa in cap. un. in ver. Demcepti, per illum textum eod. tit. lib. 6.*

59 Secundum tempus est Constitutionis Bonifacii VIII. in d. c. unio, de excess. Prælat. lib. 6. qua prohibetur ne deinceps liceat fratribus Mendicantibus nova loca, aut monasteria alicubi ad habitandum suscipere, seu olim suscepta mutare, vel in alios transferre absque speciali Sedis Apostolicæ licentia, quæ de illa prohibitione mentionem faciant, Excipiuntur tamen acquirentes loca pro Eremitica vita ducenda: & hæc prohibitio ademptis penis fuit postea innovata in Clem. Capientes, in princ. de panis. Unde hoc tempore inspecto adempta erat Episcopis facultas, quam habebant ex dispositione antiquorum Canonum, quoad monasteria, & loca Ordinum Mendicantium dumtaxat; sed salva erat quoad Ecclēas, & non Mendicantes.

60 Tertium tempus est Concilii Tridentini quod in cap. 3. in fin. sess. 25. de Regular. statuit per hæc formalia verba, videlicet: (Ne de cætero similia loca (id est monasteria, & domus tam virorum quam mulierum bona immobilia possidentes, vel non possidentes) erigantur sine Episcopi, in cujus Diocesi erigenda sunt, licentia prius obtenta.) Et post hoc decreto in dubiū veritur, An Monasteria hodie erigi possint de licentia solius Episcopi.

Negant Hieronym. Campan. in divers. jur. Canon. rubr. 1. 2. cap. 1. 3. num. 80. vers. Verum cum dispositione, Zerol. in Praxi Episcop. par. 1. in ver. Monachi, §. 2. & Augustin. Barbof. de offi. & potest. Episc. par. 2. allegat. 26. num. 4. existimantes Episcopi consensum non sufficere, nisi etiam Summi Pontificis accedat auctoritas, eo quod Concilium Tridentinum in d. cap. 3. non abrogaverit juris communis dispositionem, de qua in d. c. un. de excess. Prælat. lib. 6. & reiecit ita decisum fuisse per Eminent. Patres ejusdem Concilii Interpretes, Quam opinionem inde etiam confirmant, quod multa religiones impetrantur indulta à Sede Apostolica erigendi monasteria de sola Episcopi licentia, ut dicam infra num. 71. hinc deducentes sine hujusmodi indulto monasteria sic erigi non possunt: alioquin privilegium fuisset inane, & nihil eis contulisset contra textum in cap. in hu. infra de privileg. & cap. Abbate, de verb. signific. Sed contra

Episcopi tantum licentiam esse necessariam affirmant Sorb. in Campen. Privileg. Mendicant. in ver. Ad huc, in annot. vers. Circa, §. 20. & Erian. Rodicq. quest. regular. tomo 2. q. 49. art. 3.

61 Tu dicas quoad loca Eremitica, & monasteria Ordinum non Mendicantium rem carere omni difficultate, quia facultas, quam Episcopi habebant de jure veteri, similia loca erigendi ex d. c. Quidam, c. De monachis, & c. Cellulas, 38. q. 2. fuit expressè illis præservata in d. c. un. quoad loca Eremitica, & quoad monasteria non Mendicantium non fuit illis adempta, cum prohibito illa loquatur tantummodo de Mendicantibus. Unde quod non mutatur Eccl. Sancimus, c. de testamen. & l. Præcipimus, in fin. c. de appell. & cum Constitutio de Mendicantibus negaverit, de non Mendicantibus censetur concessisse, Nonne, supra de præsump. c. Quatuor, 2. §. dist. 1. Præter hanc de judic.

62 Quo vero ad Mendicantes excepti Capuccinis, & Minoribus de observantia S. Francisci, videtur idem dicendum. Nam prohibitio Bonifacii VIII. in d. c. un. locum habet in illis Mendicantibus, quibus victum tribuit incerta mendicitas, & qui reditus, aut possessiones ex regula, vel constitutione habere non possunt, juxta: extum in c. un. de religio. domib. lib. 6. ut notat glossa in præalleg. decretali Bonifacii in ver. Mendicantes. At ex Concilio Tridentino in d. c. 3. in princ. Regularibus quorumcumque Ordinum, prædictis tantum exceptis, licet bona immobilia possidere, & consequenter in eis videtur cessare prohibitio Bonifaciana, & nihilominus quoad omnes Concilium videtur Episcopis relicta facultas em eis ademptam à Bonifacio, cum de omnibus loquatur sub unica determinatione, & juris correctio sit favorabilis, cum per eam fiat reductio ad jus commune antiquum, ut notatur in c. Cum dilectus, in gloss. in ver. Iuri communi, & ibi per Holt. n. 17. & communiter Doctores, supra de Consuetud. Nec credendum est S. Synodum voluisse arctare eos, qui licentiam erigendi Conventus à Summo Pontifice impetrant, ad aliam licentiam obtinendam, ab Episcopo Diocesano cum licentia lit gratia, per quam alicui licet quod prius non licebat, secundum Cardin. post Gulielm. de Monte Laud. in Clem. fin. n. 9. de elect. Nec Præter eo casu fuissent ubi verbo licentia, sed potius ver. Consensus, sicut usus fuit Pius IV. dum voluit ut dispensationes Apostolicæ de non residendo studiorum causa non suffragarentur, nisi accedente Ordinario consensu, ut in Constitutione incip. Sanctissimi, edita die 26. Novembris 1564.

63 Et confirmatur: nam Clemens VIII. in Constitutione 99. incip. Quoniam ad institutum, edita die 23. Iulii 1603. de voto S. Congregationis Cardinalium (super negotiis Episcoporum, & Regularium declaravit (locorum Ordinariorum non posse licentiam ad novos Conventus cujuscumque Mendicantium Ordinis in civitatibus, & locis eorum, & Ordinaria Jurisdictioni subiectis erigendos imperari, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem civitatibus, & locis existentium conventuum Prioribus, & aliis interelle habentibus, & causa servatis servandis cognita consisteret in eisdem civitatibus, & locis novos hujusmodi erigendos conventus sine aliorum detrimto commode sustentari posse. Quod si à sententiis Ordinariorum ad Sedem Apostolicam appellari contigerit, tandem

64 Et confirmatur: nam Clemens VIII. in Constitutione 99. incip. Quoniam ad institutum, edita die 23. Iulii 1603. de voto S. Congregationis Cardinalium (super negotiis Episcoporum, & Regularium declaravit (locorum Ordinariorum non posse licentiam ad novos Conventus cujuscumque Mendicantium Ordinis in civitatibus, & locis eorum, & Ordinaria Jurisdictioni subiectis erigendos imperari, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem civitatibus, & locis existentium conventuum Prioribus, & aliis interelle habentibus, & causa servatis servandis cognita consisteret in eisdem civitatibus, & locis novos hujusmodi erigendos conventus sine aliorum detrimto commode sustentari posse. Quod si à sententiis Ordinariorum ad Sedem Apostolicam appellari contigerit, tandem

tam diu ipsos Ordinarios erectionem novorum conventuum suspendere debere, quousque ad ipsa Sede in eadem causa pronunciatum extiterit, Decernens irritum, & in Bullar. tom. 3. pag. 145. Quam Constitutionem postea innovavit Urbanus VIII. prævia revocatione facultatum Regularibus concessarum non erigendi Conventus ubique locorum de sola Ordinarii licentia, ut in ejus Constitutione 25. incipiente Romanus Pontifex, edita 21. Septembris 1624. in Bullar. tom. 4. pag. 265.

65 Ergo à contrario sensu servata forma in Constitutione Clementis præscripta Conventus Mendicantium erigi poterunt de licentia Ordinarii, nec opus erit licentia Sedis Apostolicæ, & hunc intellectum jam pridem probavit S. Congregatio Concilii, dum censuit pro erectione monasterii nedum requiri licentiam Ordinarii, sed servandum esse decretum Clementis VIII. nisi erigatur de licentia Sedis Apostolicæ, quia tunc erigi potest sine Ordinarii licentia, Patet igitur non esse admittendum intellectum eorum, qui dixerunt Concilium in d. c. 3. in fin. non fuisse Constitutionem Bonifacii VIII. sed præter licentiam Sedis Apostolicæ, voluisse ut adhiberetur etiam licentia Ordinarii: imò enim ex sententia Sacræ Congregationis ubi erectio fit de licentia Papæ, Ordinarii licentia non est necessaria, & ubi fit de de licentia Ordinarii, non est necessaria licentia Papæ, sed tantummodo servari debet solemnitas Constitutionis Clementis, & ita multoties vidi observatum: nam eadem S. Congregatio tam me Secretario, quam antea dis temporibus multas monasteriorum erectiones probavit ab Ordinarii factas absque licentia Sedis Apostolicæ. Quinimò alias censuit concedendum Congregationi Peregrinantium Ordinis Prædicatorum, ut possint erigere conventus inconsultis Episcopis quoad loca, in quibus non sunt Episcopi. Aliorum vero locorum Episcopis commendandos esse hos Regulares, ut cum postulaverint alicujus Monasterii erectionem, illis faveant pro tempore, nisi aliquid relevans obstituerit. Et alias censuit Episcopum non prohiberi de Capituli, & quorum interest consensu, & absque Recloris præjudicio Ecclesiam facultatem ordinaria autoritate in monasterium erigere. Et Datarus idem sensit, nisi agatur de commutatione ultimæ voluntatis. Rursus censuit Episcopum non prohiberi ordinaria autoritate monasterium Monialium erigere. Quid tamen in hoc servetur de stylo Curiz dixi in cap. Grave, nu. 53. vers. Consuevit, supra, de off. Ordinar. Quin etiam hanc facultatem novum monasterium erigendi S. Congregatio nec denegavit Vicario generali Episcopi ad id speciale mandatum habenti, ut dicam late in sequenti quest. Nec forsitan Vicario Capituli sede vacante, & propterea quoddam monasterium fratrum S. Domini ceptum edificari de illius licentia, respondit finendum esse ad finem perducii. Quæ omnia cogunt me credere apocrypham esse declensionem, quam refert Campan. & alii præcitati. Cum præsertim loquatur de Monachis, qui nullo jure arctantur ad obtinendam super hoc licentiam Sedis Apostolicæ, nec talem declensionem usquam reperi in libris publicis S. Congregationis.

66 Non obstant indulta erigendi monasteria de licentia solius Ordinarii: nam si rectè advertatur, regulares præsertim non Mendicantes indultam diu ipsos Ordinarios erectionem novorum conventuum suspendere debere, quousque ad ipsa Sede in eadem causa pronunciatum extiterit, Decernens irritum, & in Bullar. tom. 3. pag. 145. Quam Constitutionem postea innovavit Urbanus VIII. prævia revocatione facultatum Regularibus concessarum non erigendi Conventus ubique locorum de sola Ordinarii licentia, ut in ejus Constitutione 25. incipiente Romanus Pontifex, edita 21. Septembris 1624. in Bullar. tom. 4. pag. 265.

67 Non obstant indulta erigendi monasteria de licentia solius Ordinarii: nam si rectè advertatur, regulares præsertim non Mendicantes indultam diu ipsos Ordinarios erectionem novorum conventuum suspendere debere, quousque ad ipsa Sede in eadem causa pronunciatum extiterit, Decernens irritum, & in Bullar. tom. 3. pag. 145. Quam Constitutionem postea innovavit Urbanus VIII. prævia revocatione facultatum Regularibus concessarum non erigendi Conventus ubique locorum de sola Ordinarii licentia, ut in ejus Constitutione 25. incipiente Romanus Pontifex, edita 21. Septembris 1624. in Bullar. tom. 4. pag. 265.

ta hæc non impetrantur, ut se eximerent ab obtinenda licentia Summi Pontificis, qua non indigebant, sed solum ut se eximerent à forma dicte Bullæ, Clementis VIII. ut scilicet Monasteria possent erigere ubique locorum, nullo aliorum Ordinum Regularium requisito consensu, & sic cantant indulga pro Monachis Congregationis B. Mariæ Fullienis, pro Carmelitis Discalceatis, pro Clericis Regularibus S. Pauli Decollati, quæ habentur respectivè in tribus Constitutionibus Pauli V. nempe 51. & 10. alias 8. & 64. in Bullar. tom. 3. pag. 242. 188. & 254. Unde patet ex prædictis indultis ineptè inferri, ut in hujusmodi erectionibus licentia Sedis Apostolicæ sit necessaria.

Quartum denique tempus est Bullæ Sancti D. N. Innocentii X. quæ incipit Instauranda: me Secretario compilatæ in Sacra Congregatione super statu Regularium, ac publicatæ die 22. Octobris 1652. in qua ex causis in præmio expressis primò (extinguuntur, ac supprimuntur conventus omnes Regularium virorum tam Mendicantium, quam non Mendicantium existentes intra fines Italiz, & insularum adjacentium in licentia ab eadem Congregatione propediem expediendis nominatim exprimendi, in quibus ob parvum numerum Religiosorum Regularis disciplina servari non potest. Ac deinde quia parum est mala præcidere, nisi etiam malorum causa, & radix evellatur, innovantur Constitutiones Bonifacii, & Clementis, quarum superius meminimus, n. 59 & 65. aliorumque Romanorum Pontificum super erectione novorum Conventuum editæ, illis que addendo prohibetur, ne deinceps aliquis Regularium Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Congreg. Societatis, & cujusvis alterius instituti etiam Societatis Jesu in aliqua civitate, castro, villa, seu loco ad habitandum domos, vel loca quæcumque de novo recipere, seu monasteria, conventus, & collegia incipere, vel fundare præsumat abique Sedis Apostolicæ licentia speciali plenam, & expressam faciente de prohibitione hujusmodi mentionem in scriptis, & gratis concedenda, prævia examinatione S. Congregationis negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ. Si secus egerint, eo ipso incurant penas privationis vocis activæ, & passivæ, necnon dignitatum, & officiorum, ac perpetuè inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda; & nihilominus receptiones, fundationes, & erectiones sint ipso jure nullæ, & invalidæ; & domus, ac loca ipsa, & personæ in eis degentes omnimodò jurisdictioni, viciationi, & correctioni Ordinarii loci present in omnibus subaceant.) Hæc ibi. Quamobrem cessant hodie alterationes, quæ ex præcedentibus Constitutionibus, & Tridentini Concilii Decretis oriebantur; nam post Bullam Innocentianam manifestum est nova monasteria erigi non posse sine licentia Sedis Apostolicæ. Sed quia hæc Bulla loquitur de monasteriis virorum, & nondum egressa est fines Italiz, & insularum adjacentium: propterea in monasteriis Monialium, & ultra montes servabis antiquam temporum distinctionem: nam quod non mutatur, stare non prohibetur, l. Sancimus, c. de Testam. c. concordand.

72 Decimo, & ultimo QUERO polito Decreto Trid. Conc. c. 3. in fin. sess. 25. de Regul. An Vicarius generalis Episcopi absque speciali mandato possit licentiam concedere novum monasterium erigendi. T 3 Vide.



73 Videtur respondendum non posse. Primo quia in generali commissione non veniunt ea, quae eo sui gravitatem certa personae, vel dignitati in se specialiter sunt commissa, l. 1. ff. de off. episc. cui mand. est. p. 1. ff. de off. vicar. lib. 6. Sed facultas novum monasterium erigendi ob rei gravitatem de iure specialiter est commissa Episcopo, c. Quidam, c. De monachis, & c. Colulus, 18. q. 2. Ergo non transit in Vicarium ex generali commissione. Quo argumento utitur Ferrer, conf. 347. n. 12. & per rationem Rota apud Putum de off. 53. lib. 2. dicitur Vicarium non posse beneficium supprime ab ipso specialiter mandato.

74 Secundo, per generalem Vicarii constitutionem non conicitur translata facultas, quae non competit Episcopo de iure communi, cap. fin. ubi dicitur de off. vicar. lib. 6. Innoc. quem ceteri sequuntur, in c. Cum in ecclesia, n. 5. de elec. Sed facultas erigendi novum monasterium non competit Episcopo de iure communi. Ergo non conicitur translata per generalem Vicarii constitutionem. Minor probatur, quia etiam de iure communi antiquo novum monasterium constitui potest de licentia Episcopi, ut in d. c. Quidam, 18. q. 2. quod est decretum Concilii Caledonensis, & in d. c. De monachis, & cap. Ceterum, 18. q. 2. quae sunt Concilii Agathensis tamen Bonifacius VIII. postea decrevit ne deinceps in ecclesiis Mendicantibus nova loca, aut monasteria alicubi recipere absque Sedis Apostolicae licentia, ut in c. nate, de excess. v. de elec. lib. 6. quam Constitutionem deinde innovavit Clemens V. ac poenas contravenientibus adiecit, ut in Clem. Capientes, de penit. Post haec supervenit decretum Concilii Tridentini c. 3. sess. 25. de regular. quod restituit Episcopo facultatem antea sublatam Constitutione Bonifacii VIII. ut fultus dictum est in precedenti questione a num. 55. Unde haec facultas saltem quoad Mendicantes competit Episcopo de iure ipsius Concilii, non autem de iure communi ac proinde non conicitur demandata Vicario per generale mandatum. Et ob hanc rationem, quamvis Cardinales in suis titulis jurisdictionem habeant Ordinariam, & Episcopalem, secundum ea, quae leguntur, & notantur in c. Haec, supra de major. & obid. tamen Gregor. XIII. dixit se nolle, ut illis competere ea, quae Episcopis concessa sunt a Concilio Tridentino ut scriptum in praedicta Decretali. Ita qua. n. 16.

Tertio ea, quae sunt voluntariae jurisdictionis, & sapientiae gratiam, regulariter non conicitur translata in generale Vicarium, sed tantum ea, quae sunt contentiose jurisdictionis, & sapientie iustitiam, cap. 1. & 2. de off. vic. lib. 6. Ferrer. conf. 344. num. 1.

77 Sed licentia erigendi novum monasterium est voluntariae jurisdictionis, cum iudicalem indaginem non requirit, saltem ante decretum Clementis VIII. & sapit gratiam, sicut beneficiorum collatio, ut per Ferrer. conf. 347. num. 13. prope fin. facit quod dixi supra num. 63. Ergo non conicitur translata in generale Vicarium; Atque ita arguitur in simili l. ap. alleg. 81. num. 7. & Ferrer. d. conf. 344. n. 1.

78 Quarto, solus Episcopus, non autem eius generalis Vicarius potest ecclesias, & altaria dedicare, cap. quicumque, 16. quaest. 1. & c. Nemo, il primo de consecr. dist. 1. & tradit Jo. de Selva in tract. de benef. par. 2. quaest. 5. num. 175. Sed monasterium erigi

non debet absque dedicatione ecclesiae, vel altaris, c. Abbas, & c. Primum, 18. q. 2. Ergo saltem ratio nem ecclesiae facultas erigendi monasterium competit generali Vicario.

79 Ultimo, Vicarius generalis sine speciali mandato non potest novam dignitatem erigere, ut post Jo. de Deo, Feder. de Sen. & Gemu. tradit in c. Cameracensis, de Consi. Felin. num. 5. vers. Verum non subest auctoritas Vicarii non habentis speciale mandatum, & Dec. ubi 21. Ferrer. conf. 347. num. 7. ubi ampliat hoc procedere etiam Vicarius habeat mandatum cum extollione aliorum specialium, ac deinde cum clausula generali. Imo nec novum beneficium Vicarius generalis potest erigere sine speciali facultate, ut in d. cap. fin. tradit Jo. Andr. in p. me. quem illic sequuntur Gemu. col. 1. vers. Sed pone quod Vicarius, Anchar. num. 1. Franc. col. 2. in 2. quem Ferrer. d. conf. 347. num. 4. & conf. 343. sub num. 109. vers. Rursus, Ratio est, quia licet Vicarius Episcopum potest beneficium conferre, ut habetur in d. c. fin. nec illo privare, ut in cap. Precedenti, ita nec illud creare, ut ibi dedit Jo. Andr. & alii supra relati. Quomodo modum nec potest erigere novam Parochiam iuxta c. Ad audientiam, il primo de Eccles. aedific. ut probatur in d. c. Nemo, n. 10. vers. Veniat, de consecr. dist. 1. Non videtur autem posse dubitari quin in erectione novi monasterii erigatur nova dignitas, aut saltem plura beneficia Regularia, quia monasterium erigi, atque institui non potest sine Abbate, vel Priore, & Monachis, cap. 2. & c. Cum ad monasterium infra de statu monach. Abbatis vero est propriae dignitas ecclesiastica, c. Sicut deinceps, 16. quaest. 7. & cap. Ut apostolica, de privileg. lib. 6. Et quidem de majoribus secundum L. ap. alleg. 87. col. fin. aut saltem media inter Episcopatum, & inferiores Dignitates, ut tradit Jo. de Selva in tract. de benef. par. 1. q. 2. n. 8.

81 Similiter Prioratus Conventualis dicitur esse dignitas, ut in c. Nisi essent, de praeb. & in Clem. 2. de rescript. Prioratus autem claustralis quamvis non sit dignitas, est tamen beneficium, d. c. Cum ad monasterium, de statu monach. & Clem. ne in agro, eod. rit. & notat Jo. de Selva ubi sup. Et haec tria inter beneficia regularia appellabuntur duplicia secundum Rebull. in praxi ut. Quod sit, & quot modis dicatur beneficium in rubr. Regularia beneficia multiplicia, a. n. 1. usque ad n. 6.

82 Simplex titulum Prioratus dicitur beneficium, ut notat Abb. in c. Super inordinata, n. 9. vers. Aut est Prioratus, de praeb. Sicut & simplex Monachus, glof. in Clem. Dissendosam, in ver. Beneficium, de iudic. & Joan. de Selva loco citato in fine. Et haec duo nempe Prioratus Regularis, & Monachus inter beneficia regularia vocantur simplicia a Rebullio ubi supra, n. 5.

Cum itaque monasterium erigi, atque institui non possit, quin simul erigantur Abbacia, vel Prioratus, ac plures Monachatus, hinc necessario sequitur, ut sicut non potest Vicarius generalis Episcopi novam dignitatem, aut beneficium erigere, sic & multo minus monasterium, quod constat dignitate, ac pluribus beneficiis conventualibus ecclesiarum. Atque ita in puncto consulit Calder. conf. 3. incip. An Vicarius Generalis de off. vicar. motus, quia adificatio monasterii est de majoribus, quae non transeunt in generali mandato, allegat

c. Ne.

c. Nemo, il primo de consecr. dist. 1. c. Quicumque & c. Quidam, 18. q. 2. c. Cum omni de privileg. & c. Auctoritate, col. 1. ubi 6. in quibus exprimitur de Episcopo. Nec secundum eum obstat glof. dist. c. Nemo, dicens Episcopum id posse per se, vel alium, quia, ut dicit ibi Archid. num. 4. in glof. per se, illud, abum, interdigitur de delegato Episcopi speciali, & sequuntur ibi Bellam, in eadem glof. num. 2. & Turrec. in 3. q. num. 5. dicens idem tenere Holtien. in summa de Eccles. edific. & ita praedicti omnes sunt aperte pro hac sententia.

Nec dicitur in erectione novi monasterii non creati nova beneficia, sed potius transferri de loco ad locum, Nam id negari potest; Verum enim dignitas quae transferitur, desinit esse dignitas in loco, in quo erat ante translationem, c. Si quis in translatione, 21. q. 2. & c. Si qui Episcopi, 22. dist. At per erectionem novi monasterii dignitas illius nulli esse desinit; ergo non transferitur, sed de novo erigitur. Et quamvis alia eiusdem speciei dignitates in alio monasterio reperiantur, tamen quocumque agitur an Vicarius possit erigere novam dignitatem, non intelligitur de dignitatibus omnino novis, puta Cardinalatus, & c. quia illas nec Episcopus potest erigere, ut iam conicitur S. Congregatio Concilii, sed de utilitatibus, ut Abbacia, Archidiaconatus, & consimiles. Praeterea etiam haec non esset erectio nova dignitatis, sed translatio de loco ad locum; adhuc tamen idem esset respondendum, quia Vicarius generalis absque speciali mandato non potest ecclesias de loco ad locum transferre, ex traditis per Innocent. & Abb. in cap. ad haec supra de off. archid. & c. per Doctores in d. cap. fin. de off. vicar. lib. 6. Sicut nec potest beneficium antea erectum suppressere, ut decidit Rota apud Put. d. decis. 53. lib. 3. Quomodo tamen cum facultas erigendi novum Monasterium non competit Vicario Episcopi ex dispositione iuris communitatis, absurdum esset ut competeret ex decreto Concilii Tridentini c. 3. sess. 25. de regular. Quod constituit regulam prohibitivam ibi, non erigantur, a qua deinde solum excipitur casum, nisi de Episcopi licentia. Unde cum emanaverit ad restringendam monasteriorum multipliciter, ne scilicet illorum multitudo potius detrimentum, quam utilitatem Religionibus afferret, non debet eorumdem ampliatione operari, l. legata inaequaliter, ff. de adm. legat. cum sim. l. Praeterea quia Concilium quando voluit comprehendere etiam Vicarium, regulariter usus est nomine Ordinarium, non autem Episcopi.

87 Neque obstat decretum Clementis VIII. quod utitur verbo ordinarii, nam respondetur factum esse, quia ibi praefertur modus generalis, & ab omnibus observandus in erectione novorum monasteriorum. Quae quidem erectio quia fieri consuevit non tantum ab Episcopis, sed etiam ab aliis ordinariis locorum, ut sunt Patriarchae, Primate, Archiepiscopi, & Vicarii generales habentes speciale mandatum, ideo usus est nomine Ordinarium, quod magis late patet, quam Episcopi, c. Ordinarium, cum ibi notatis de off. ord. lib. 6. Felin. in c. Cum olim, col. 1. de praescript. Sed non licet inde inferre, ut haec facultas competat indistincte omnibus locorum Ordinariis. Hoc enim decretum non tribuit Ordinariis novam erigendi facultatem, cum potius emanaverit ad comprimendam huiusmodi erectionum multiplicationem in pra-

judicium aliorum regularium. Et quamvis dum prohibet ne ab Ordinariis locorum de cetero nova monasteria erigantur, nisi servata forma ibi praescripta a contrario sensu videatur permittere, ut servata eadem forma Ordinarii possint huiusmodi erectiones facere, in hoc tamen supponit terminos habiles, l. Qui testamentis, ff. de testam. & c. 1. de atar. & quat. lib. 6. gl. 3. in l. Galus, ff. de liber. & postum. Atque ita intelligi debet de illis Ordinariis, quibus haec facultas alias legitime competat, qualis non est Vicarius Episcopi absque speciali mandato, ut superius ostensum est. Et ita resolutum me Secretario sub die 11. 1. 162.

DE INSTITUTIONIBUS.

Cap. Ex frequentibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Institutio beneficiorum spectat ad Episcopos, vel eorum Officiales.
- 2 Vicarius Episcopi, qui in concursu parochialis vacantis magis idoneum eligat, an possit parochiale eidem conferre vigore generalis mandati, & n. seqq.
- 3 Collatio beneficiorum alia necessaria, alia voluntaria.
- 4 Vicarius Episcopi sine speciali mandato non potest facere collationes voluntarias.
- 5 Sed necessaria potest.
- 6 Collatio necessaria non est donatio, & n. seq.
- 7 Collatio parochialis est debita magis idoneo praecedo in concursu.
- 8 Ratione legis correctae censetur etiam correctae illius dispositio.

1 **EX FREQUENTIBUS.** Institutio Beneficiorum spectat ad Episcopos, vel eorum Officiales, hoc dicit Jo. Andr. Butz Cardin. Anchar. Imol. Abb. & Jo. de Anan.

2 **QUERO,** An Vicarius Episcopi, qui instruit parochialis vacantis concursu ad praescriptum Concilii Tridentini cap. 18. sess. 24. ex concurrentibus ab examinatore praevio examine approbatus eum elegit, quem ceteris magis idoneum iudicavit, possit eidem parochiale conferre, quando collatio ad Episcopum spectat, quamvis speciale mandatum ad conferenda beneficia ab Episcopo non obtineret, sed tantum generale in forma.

3 Videtur respondendum posse: Nam duplex est beneficiorum collatio, scilicet necessaria, quam collator facere tenetur: alia voluntaria, quae ex mera voluntate dependet, Rebull. in praxi benef.

4 In tit. de collat. n. 1. & 2. Put. decis. 100. lib. 3. Vicarius autem non potest quidem vigore generalis mandati facere collationem voluntariam, quia est species donationis, quae in generali facultate non includitur, ut est casus in cap. final. ubi Doct. de off.

5 Vicar. lib. 6. sed bene potest facere collationes necessarias, ut nominatis beneficia conferre, vel praesentatos instruere, ut patet in hoc c. quia tunc non

6 exercetur aliqua liberalitas, l. Rem legatum, ff. de adimen. legat. & declarat Abb. hic n. 7. & est bona glof. in cap. Relatum, in verb. Liberaliter supra de praeb. & ideo transit hac facultas ex generali concessione, Cum itaque hodie necessaria

7



fit effecta collatio parochialis quoad illum, qui est clericus tanquam magis idoneus inter probatos ab examinatore Synodaliibus, ut patet ex Concil. Trident. d. 18. in illis verbis: (illique, & non alteri collatio fiat ab eo, ad quem spectabit eam conferre: ) sequitur ut veniat in generali mandato cum non sit amplius species donationis. Et ita cum sit correcta ratio text. d. c. fin. de offic. Vicar. lib. 6. propter quam id decretum fuerat, in generali mandato beneficiorum collationem non comprehendit, correcta etiam censeri debet illius dispositio ad text. cum glos. 1. in l. 1. & ibi lazarè per Alex. in addit. ad Barr. in princ. ff. de legit. Tutor. cum similibus ut per Tiraquell. in tract. cessante causa. per. 1. n. 127.

DE INSTITUTIONIBVS.

Cap. Cum venissent.

S P M M A R I V M.

- 1 Institutiones, & custodia possunt de iure speciali ad inferiorem pertinere, & pendente lite cum Diocesano, in possessione defenditur.
- 2 Episcopus fundat intentionem de iure communi super institutione, & destitutione personarum in beneficio sua diocesis, & n. 11.
- 3 Declaratur.
- 4 Consuetudo generalis potest concurrere cum iure communi, eique aliquid addit saltem illud confirmando, & roborando.
- 5 Verba generalia, & adulatoria ad complacentiam alterius prolata non inducunt obligationem, seu dispositionem.
- 6 Placet verbum importat arbitrium boni viri.
- 7 Possessio contra ius sufficit ad repellendum proprietarium si sit ad iura vera presumptione alicuius tituli, licet clare de aequalitate tituli non constet.
- 8 Possessio contra ius regulariter non prodest contra proprietarium in iudicio proprietatis, nec relevat ab onere probandi.
- 9 Præpositus Buxeti an competat ius instituendi tam ad beneficia in suo privilegio expressa, quam ad alia postea erecta infra limites præpositurae, & n. seq. usque ad n. 22.
- 10 Burgi Sancti Domini erectio in Episcopatum non obstat jurisdictioni Præpositi Buxeti. Præpositus Buxeti iurisdictionis est cumulativa cum Episcopali.
- 11 Ius instituendi in beneficio iurispatronatus non pertinet ad Prælatum Ecclesie inferioris, sed ad Episcopum prævia patronorum presentatione.
- 12 Gestio a Delegato præter, vel contra formam scripti sunt ipso iure nulla.
- 13 A iure destituendi non inferitur ad ius instituendi, si ius instituendi sit ex privilegio, secus si de iure communi.
- 14 Prælatus inferior habet ius instituendi in Ecclesia suo pleno iure subiecta.
- 15 Scitum si eju iurisdictionis sit cumulativa cum Episcopo.
- 16 Ius instituendi potest præscribi ab inferiore.
- 17 Possessio longissimi temporis sufficit ad præscribendam etiam sine scientia, & patientia Episcopi.
- 18 Scientia, & patientia Episcopi ex quibus præsumuntur.

- 19 Titulus iustus elicitur ex facto executoris institutionem tribuentis.
- 20 Ius instituendi, ac iurisdictionis ex prescriptione an censetur privative ad Episcopum, vel cumulative.
- 21 Prescriptio non currit vacante Ecclesia.
- 22 Iuramentum à Prælato prestitum in damnum Ecclesie ab ipso Prælato servandum est. Si sit separabile à præiudicio Ecclesie, aliàs secus n. 28.
- 23 Iuramenta non sunt, sed perjurya qua contra utilitatem Ecclesie attentantur.
- 24 Iuramentum prestitum ab Episcopo Antuerpiensi de servandis consuetudinibus, & privilegiis collegiatae Ecclesie, an post erectionem dicta Ecclesie in cathedrali obstat quinimus Episcopus uti possit sua iurisdictione in eisdem Ecclesie capitulum, & personas eiusdem civitatis.
- 25 Iuramentum generale de observanda privilegio an extendatur ad revocata, & n. 35.
- 26 Iuramentum de servando statuto tollitur per statuti revocationem, & n. 36.
- 27 Episcopus etiam de Capituli consensu non potest abdicare à se iurisdictionem in totum.
- 28 Episcopus tenetur servare iuramentum in his, qua sunt separabilia à præiudicio Ecclesie, & n. 30.
- 29 Archidiaconus, qui abjuravit institutiones, & consuetudines vacantium Ecclesiarum, non potest eas recuperare.
- 30 Præiudicium Prælati quando censetur dividuum à præiudicio Ecclesie.
- 31 Iuramenta ab Episcopo prestita in materia visitationis, ac privationis capitularium suos obligant auctores.
- 32 Iuramentum non porrigitur ad incogitata.
- 33 Iuramentum per relationem ad aliud perinde habetur, ac si esset prestitum super re cerea per se.
- 34 Iuramentum habet tacitam conditionem rebus sic stantibus.

**CUM VENISSENT.** Si possidet ius instituendi is etiam, ad quem de iure communi non spectat, pendente iudicio proprietatis, in possessione defenditur. Hoc dicit secundum Jo. Andr. cum quo concordat Butr. Cardin. & omnes. Vel sic secundum Abbates Institutiones, & custodia possunt de iure speciali ad non Episcopum pertinere, & pendente lite cum Diocesano, defenditur in possessione. Dividitur in tres partes. In prima allegatio pro Archiepiscopo. In 2. allegatio pro Archidiacono, ibi, inter alia, in 3. interlocutio, & sub certa forma diffinitive commissio, ibi, Nos igitur.

- 1 Nota primo ibi, ad eum spectat de iure communi, Episcopum fundare intentionem de iure communi super institutione personarum in beneficiis suæ diocesis. Ad hoc cap. Omnes Basilicae, & c. Nullus omnino 16. q. 7. c. Ex frequentibus, supra eod. cap. Cum ex injuncto, in fin. de heretica, cum similibus, Butr. hinc. 3. & Abb. in 1. notab. Sed hoc intelligas tu de institutione collativa, ut in prædictis iuribus, & de institutione autorizabili, ut in cap. Cum satis, supra de officio Archid. secus verò de institutione corporali, quæ de iure communi spectat ad Archidiaconum, ut in c. Ad hac, §. In quadam, & in c. Vt nostrum, in fin. eadem titulo, & scripti plenius in cap. Eam te, n. 2. Et seqq. de stat. & qualit.

Secun-

Secundo nota ibi, quam de consuetudine generali, consuetudinem potest concurrere cum iure communi: nam et si disponat idem, quod ius commune, nihilominus aliquid addit, saltem illud confirmando, & roborando, ut hic per Butr. n. 4. & Abbatem n. 3. quod bene nota ad declarationem glosse in cap. 1. in ver. Et alii, de Constitut. & eorum, qua scriptum est. Si quis, n. 6. l. supra de foro compet.

Tertio nota ibi, faceret, quod sibi placeret, generalia verba; & adulatoria ad complacentiam alterius prolata obligationem, seu dispositionem non inducere: quamvis enim iste Archidiaconus dixerit Archiepiscopo, ut de omnibus redditibus faceret quod sibi placeret; non tamen obstrictus fuit illas libertates dimittere ad votum Episcopi, ut per Butr. hinc n. 8. & 9. & ad hoc quotidie allegatur hoc c. secundum Abb. n. 5. & notat Bald. in cons. 218. Petita vendita, col. 2. circa fin. vers. Considerandum, lib. 3. Corneus cons. 149. Vixit nonnulli alii, num. 7. & seqq. lib. 2. Ad hoc bonus textus in l. littera, ff. de iure iudiciorum. & in §. Ceterum iustus, de militar. testam. Unde si tu petas à me librum, & ego respondeam, ne dum de illo libro, sed etiam de omnibus bonis meis faciam ad placitum tuum, seu quicquid tibi placebit: huiusmodi verba nullam inducunt obligationem, ut post Butr. Cardin. Imol. & Abb. hic tradit Alex. alios referens in cons. 237. Perfectum, numer. 1. 2. vers. Accedit illud, lib. 6. & facit secundum Abbatem, quia verbum placet, importat arbitrium boni viri, ut l. Thau. §. Sorores ff. de fidei comm. libers. Unde Hofst. hic num. 11. exponit verb. Placeret, id est placere deberet, ad hoc c. Ex littera §. 1. infra de sponsal.

Ultimo nota, in ver. Nos igitur, quod possessio, quam habet inferior Prælatus contra ius commune, sufficit ad repellendum Episcopum proprietarium illius iuris, si sit ad iura vera presumptione alicuius tituli, licet clare de qualitate tituli non constet, nisi ex adverbio clare probetur defectus tituli præscripti. Quod sic colligitur ex hoc c. secundum Abb. n. 8. nam jus commune hic faciebat contra Archidiaconum, & pro ipso erat possessio, & ejus titulus præsumptus, quia clare non constabat concessionem juris instituendi fuisse factam Archidiaconatus realiter, sed propter presumptionem, quæ erat pro eo, quia constabat de concessionem per confessionem Archiepiscopi, præsumebatur concessionem fuisse realem ex longeva, & continuata possessione ad iura hac presumptione. Et hæc fuit sufficiens ad Archiepiscopum repellendum, nisi Archiepiscopus probaret defectum tituli, ut in fine textus. Quod nota

perpetuo ad limitationem c. Cum persona, de privileg. lib. 6. nam possessio contra ius regulariter non prodest contra proprietarium in iudicio proprietatis, nec relevat ab onere probandi, ut probatur in cap. Cum Ecclesia Saturna, in fin. de cons. possess. & propriet. & notat in c. Ex ingratissimis de recurat. & in cap. Constitutus, de elect. ubi Innoc. in princ. vers. Sed forte dices. Sed hoc fallit, quando possessio est aliquo titulo roborata, licet de modo tituli non constet, vel qualitate. Quod est notabile dictum, & memoria perpetuo commendanda nec alibi ita aperte probatur, ut inquit Butr. hic n. 12.

Ex factò quaesitum est, an Præposito Buxeti Diocesis Burgi Sancti Domini ex privilegio, vel prescriptione competat ius instituendi tam ad Canonicatus, & Ecclesias in litteris Apostolicis sui

privilegii expressas, quam ad Ecclesias post privilegium erectas infra limites ipsi Præposito assignatos.

Proposita jurisdictionis controversia inter Episcopum Burgi S. Domini, & Præpositum Buxeti, S. Congregatio Concilii censuit neque litteras erectionis Ecclesie Burgi Sancti Domini in Cathedrali, neque subreptionem litterarum Eugenii IV. quam Episcopus assererat quidquam obesse Præposito, quoniam sua jurisdictione uti possit in Ecclesiis, Canonicis, & Personis iisdem litteris designatas. Cæterum nec Præpositi privilegium obstat Episcopo, quominus si prævenit, ius suum in easdem Ecclesiis, Canonicis, & Personis exercere valeat; atque ita Præpositi jurisdictionem cumulativam cum Episcopo, non autem privativam.

Nunc verò plures dubitationes emergunt inter Episcopum, & Præpositum, de quibus uterque consulit S. Congregationem; & atque inter alias una est, An Præposito competat ius instituendi ad Canonicatus, & Ecclesias in litteris Eugenii expressas. Altera an Præpositus eadem habeat jurisdictionem in Ecclesiis post privilegium Eugenii erectas, & fundatas infra limites ipsi Præposito assignatos.

Quoad primam ex dispositione juris communis in Beneficiis iurispatronatus, qualia sunt hæc, de quibus agit, ius instituendi non pertinet ad Prælatum Ecclesie inferioris, sed ad Episcopum, prævia Patronorum presentatione, ut in propriis terminis decidit Callador, dec. 22. nu. 3. vers. Et in patronali presentatione, de Præbend. Et in distincte institutionem spectare ad Episcopum, non ad inferiorem, probant in c. Cum in Ecclesia Pulverana, de elect. Anton. de Butr. numer. 21. vers. Aut agitur de provisione Ecclesie Collegiatae, Imol. sub num. 5. vers. Sivera non sit patronata, Abb. sub nu. 8. vers. Quoad secundum casum, Selva de Benefic. p. 2. quest. 22. nu. 45. & seq. Felin. in cap. Cum venerabilis, numer. 35. & seq. de except. & est communis opinio, quam Rota sequi consuevit, Callador. d. decis. 22. nu. 3. Pareus decis. 135. lib. 1. Itaque ius commune favet Episcopo, qui habet intentionem fundatam super institutione, & destitutione beneficiorum omnium suæ diocesis, ut hic, & in c. Cum ex injuncto, in fine, de heret. lib. 6. Cum concordant, de quibus supra in 1. notab. Neque verò in litteris erectionis Præpositurae legitur attributa Præposito instituendi facultas; quinimo ex illarum serie contrarium potius colligitur, quia in ea parte, in qua pontifex dat facultatem reservandi iurispatronatus familiaræ DD. de rasilavicinis, unico contextu jubet fieri presentationes coram eis, ad quos institutio pro tempore pertinebit, quod indicat pontificem nihil voluisse disponere circa institutionem, sed eam reliquisse in terminis juris communis; præterim ob clausulam incontinenti additam, iuribus Episcopi aliis semper salvis, ad text. in cap. Salvus, quest. 3. & in cap. Cum longe, 63. distinct. & in l. Si debitor, §. Si in venditione ff. Quibus modis pigris, vel hypoth. seu Ac propterea executor Apostolicus, qui reservavit Præposito ius instituendi, excessit limites mandati, quia revera id non continebatur in litteris commissionis: ideoque quicquid per ipsum gestum est præter, vel contra formam litterarum Apostolicarum dicitur ipso iure nullum, cap. Cum dilectus, ubi no-



notatur de *re script.* & cap. *Cui*, de *preben. lib. 6.*

13 Nec obstat quod in dictis literis concedatur Præposito facultas desinendi, quasi hinc videatur etiam inferri ad jus instituendi, ex regula dicti c. *Cum ex in synodo*, in *fin. de heret. lib. 6.* Nam hoc procedit in eo, cui hæc facultas competit de iure communi, secus si ex privilegio, ut hoc casu, sicuti declarat Holl. Abb. Felin. & alii, ibid. & Rota *decis. 6. de renunc. in novis.*

14 Rursus non obstat, quod inferiori Prælati competat jus instituendi in Ecclesiis sibi pleno iure subiectis, c. in *Latevanensi*, ubi omnes notant, de *preben.* Quia id procederet si Episcopus nullum jus Episcopale ibi exerceret, sed tota iurisdicção ad Præpositum pertineret. Quod non est hoc casu, cum iurisdicção utriusque sit cumulativa ex declaratione jam à Sacra Congregatione edita: ita declarat Lambert, de *iur. part. 3. par. lib. 2. art. 17. ante 1. qu. principalem*, nu. 2.

16 Ceterum et si Præposito jus commune obstat, cui literæ Apostolicæ non derogarunt, tamen illi antiquissima instituendi possessio. Certum est enim in ius instituendi posse acquiri præscriptione, Cardin. in *Clem. 1. sub. nu. 11. col. 9. in fin. de supplen. neg. prelat. Abb. post alios in c. Auditis*, nu. 6. de *re script.* Gemin. in c. 1. nu. 6. 21. *dist. Lambert, de iur. part. art. 10. 1. q. prin. 3. par. lib. 2. Felin. in c. De quarta*, nu. 3. *cod. tit. Callador. d. decis. 22.*

Præpositus autem exhibet institutiones ab anno 1506 usque ad annum 1601. atque ita centum ferè annorum, Quæ quidem longissima possessio sufficit ad præscribendum etiam absque scientia, & patientia Episcopi, secundum sententiam, quam dicit esse veriorē, ac magis communem. Alex. *conf. 6. col. 2. in fin. nu. 4. vol. 1.* & alii quamplures relati à Mascard, de *probat. vol. 3. concl. 1219. nu. 42.* & in quadragenaria præscriptione incorporatum ita decidit Innoc. in c. *Bona*, *il secundo*, de *postulat. Prælat. quem refert*, & sequitur Paul. de *Cast. in l. 2. col. 1. nu. 3. super ver. Vstris interdictis*, c. *de servit. & aqu. & alii apud Mascard. loco cit. num. 56.* Ratio est, quia spatio longi temporis scientia & patientia Episcopi præsumitur, Salicetus in *l. Authen. vers. Quarto de questione facti*, c. *Vnde vi*, Rota *decis. 28. numer. 7. & decis. 147. nu. 3. part. 1. d. vers. for.* Quemadmodum etiam hoc casu præsumitur ex institutionum multiplicitate, Abb. in c. *Cum Ecclesia*, nu. 25. de *caus. poss. & propr. Put. decis. 217. in fin. lib. 1.* Rota in *Nullius*, seu *Squillacensis iurisdicção* coram Martino Andrea 9. Martii 1616. & ex visitationibus Episcopi Cremonen. Rota *divers. par. 2. decis. 106. nu. 8.* Iustus verò titulus, et si in præscriptionibus longissimi temporis non requiratur, elicitur tamen ex facto executoris institutionem tribuentis, cap. *Cum dilectus*, de *consecrat. ubi Ant. de Butr. notat eolum. 5. vers. Secunda est opinio*, usque ad *col. 8. vers. Secundo oppo.*

Non obstat sententia anno 1565. lata per Ormanetium iudicem compromissarium inter Episcopum Cremonen. & præpositum, in qua cassantur, atque irrita decernuntur omnia acta hinc inde producta. Nam non propterea fuit sublatum jus instituendi, quod Præpositus ex præscriptione jam completa acquisierat spatio annorum supra quadraginta, id est ab anno 1506. usque ad tempus sententiæ. Præterquam quod sententia hæc in

parte non habuit effectum, quia postea Præpositus perrexit instituere utque ad annum 1601. Habet igitur Præpositus ius instituendi ad superscriptas Ecclesias ex præscriptione, quo casu inspecta juris communis dispositione, gravis questio esset an illud haberet in privationem, & exclusionem Episcopi, an verò cum ipso. Aegidius enim in c. *Cum factu*, num. 3. *ad fin. de offic. Archid. sentit*, licet subobscure, ius instituendi quæ situm præscriptione competere inferiori privativè ad Episcopum: atq; hoc ipsum de præscripta iurisdicção ne respondit Calder. *conf. 2. de præscript. & conf. 6. de sent. excom. Abb. in cap. Auditu*, num. 7. de *pre script.* *glor. in c. Pastoralis*, ubi etiam Abb. num. 4. & Felin. num. 5. in 8. *Limitatione de offic. Ordin. Paris*, in d. cap. *Auditu*, num. 12. *vers. Secunda conclusio*, latissime Balb. de *pre script.* *par. 1. prima pars principalis*, q. 11.

At contra quod iurisdicção per præscriptionem quæ sita privativè non competat, sed cumulative, probare conatur, & verum consent Holtien Jo. Andr. Butr. & Imol. in d. c. *Pastoralis*, quorum opinio fortè servaretur in practica ob illorum auctoritatem, ut restat *ibid.* Abb. & est magis communis, ut allerit Covar. in *priore parte relect. c. Alma mater*, §. 12. *sub. 3.*

Sed certè in casu præsentis manifestum videtur iurisdicçãoem Præpositi esse cumulativam cum Episcopo, quia uterque tam Præpositus, quam Episcopus instituunt spatio annorum plus quàm quadraginta: ex parte enim Episcopi exhibentur institutiones ab anno 1558. usque ad 1613. atque ita supra quinquaginta annos; quando autem etià Episcopus exercit iurisdicçãoem inferioris præscribens esse cumulativam, pluribus probat Abb. in d. c. *Auditu*, nu. 14.

Et quamvis Præpositus anno 1558. iam complevisset præscriptionem: nihilominus etiam Episcopus potuit contra ipsum cumulativè præscribere spatio annorum quadraginta, Abb. *conf. 94. in fin. vers. Item*, & 2. *lib. 1. Zabarell. conf. 131. Videndum est*, num. 6. Alex. *conf. 5. sub. num. 11. vers. Nec istis obstat*, *lib. 5. & est textus in c. Cum de beneficio*, de *preb. lib. 6.*

Nec refutatur, quod ab anno 1601. Præpositus amplius non instituerit: nam non propterea dicens est amissile hoc jus quæ situm præscriptione, quia Præpositura vacavit ab eo tempore per spatium quatuor annorum, quibus subductis utque ad tempus motæ litis, vix octo, aut novem anni intercesserunt: non enim currit præscriptio vacante Ecclesia, c. *1. c. Auditu*, & c. *De quarta*, ubi gl. & Doctores, de *pre script.* Quamobrem non est opus discutere, an Præpositus ex non vlti decem annorum amissis ius instituendi legitima præscriptione quæ situm.

Atque ex his factis perspicuum videtur jus instituendi competere Præposito cumulative cum Episcopo. Quia tamen non desunt graves auctores in d. c. *Auditu*, qui sentiunt ex institutionibus Episcopi interrumpi præscriptionem inferioris prælati, & è converso, ita ut nullo modo præscribat fortè satis esset hunc articulum cumulativæ præscriptionis in alia Congregatione diligentius examinare. Hunc articulum habes plenissime à nobis examinatum in d. c. *Auditu*, à num. 2. usque ad nu. 19.

Quoad secundum caput isdem manifestum videtur

denur iurisdicçãoem Præpositi extendi etiam ad Ecclesias post privilegium Eugenii erectas infra limites eidem præfixos: ita enim discretis verbis cavetur in literis erectionis huiusmodi, & in sententia executoriali in hæc verba: (Ipsis Præpositis tam præsentibus, quam futuris ius Archidiaconale in Ecclesias, & Canonicos, & Personas huiusmodi præfentes, & futuras, &c.) perpetuò concedimus nam verbum illud *futuras*, videtur qualificare tam personas, quam ecclesias, Paris. *conf. 26. num. 37. vol. 3.*

Verum & quoad hoc caput fortasse satis esset nihil generaliter respondere, sed tantum perspectis qualitatibus cuiusque Ecclesiæ post dictam erectionem constructæ, à quo sint dotatæ. An sint ejusdem, vel alterius speciei, An observantia suffragetur Episcopo, vel Præposito, & similia id genus iuxta decisionem, Rota 17. p. 2. *divers. for.*

22 In Glossa in ver. *Abjurasse*, nota ex hac glossa, & extextu, factum Prælati non præjudicare Ecclesiæ, sed nihilominus juramentum prælitum à Prælato servandum esse contra id, quod habetur in c. *Sicut*, *il primo*, supra de *iur. jurando*, ubi dicitur non juramenta, sed peritiora potius esse dicenda, quæ contra utilitatem Ecclesiasticam attentantur, cap. *Pervenit*, *il primo eodem titulo*. c. *Si quis Presbyterorum*, de *re. eccl. non alienand.* Sed qualiter hoc sit intelligendum, declarabitur in sequenti questione, præsertim n. 28.

24 Supposita declaratione Sacræ Congregationis Concilii, quæ censuit privilegia Capituli, & Decano Ecclesiæ Collegiatæ Antverpiensis concessa esse revocata per ejus erectionem in Cathedrâ: Itemque supposito præsentis Episcopi juramento in ea forma, cujus exhibetur exemplum. Dubitatur, an ipsum juramentum obstat Episcopo, quominus universa iurisdicção Episcopali uti possit contra Decanum, & Capitulum, aliasque personas Civitatis Antverpien. Contra Capitulum duo præcipue videntur urgere. Primum quia cum privilegia hæc jam essent revocata, juramentum generale Episcopi de servandis privilegiis ad revocata extendi non debet. Ripa *respon. 5. n. 4. & 5. lib. 1. & ad rem facit doctrina Baldi in prænotis seu d. n. 15. ubi vult*, ut si quis juraverit observare statum, & illud postea revocetur, tollatur vinculum juramenti. Secundum quia Episcopus etiam de consensu Capituli non potest abdicare à se iurisdicçãoem in totum, Abb. in c. *Cum olim*, *il secundo*, nu. 4. de *privileg.* Felin. in c. *Cum inter*, nu. 4. circa *prim. vers. In contrarium*, ubi restatur de magis communi, de *re judicat.* Quod si juramentum huiusmodi ligaret Episcopum, perinde esset, ac si ipse totam iurisdicçãoem in via sua alienasset.

Sed his non obstantibus contrarium videtur respondendum, videlicet Episcopum impediri juramento, quominus possit dum vivit iurisdicçãoem, quæ ante erectionem Capituli, & Decano Collegiatæ competeat sibi vindicare. Est enim communis conclusio, quando Episcopus juravit in his, quæ sunt separabilia à præjudicio Ecclesiæ, ut sunt iura in temporalia, teneri eum observare juramentum, ac si contra illud velit venire, non esse audiendum, ut post glossam nostram optime declarat Anton. de *Butr. hic n. 32.* & satis probatur in hæc Decretal. ubi Archidiaconus, qui abjuraverat libertates Archidiaconatus, scilicet institutiones, & custodias vacantium Ecclesiarum,

non potest eas repetere, & contravenire juramento. Et quamvis textus non dicat non posse repetere, cum tamen dicat Archidiaconum esse conservandum in quali possessione liberatum, donec probeatur ipsum eas abjurasse, necellario inferitur, ut ubi constaret de abjuracione, non esset audiendus contra juramentum, ut hic tradunt omnes. Opinionem Butri sequitur Felinus, in c. *Pervenit*, *il primo*, n. 8. de *iur. jur.* ubi eam defendit ab impugnatione Imola, Abbas *hic nu. 16. & 18.* Jo. de Selva, in *tract. de iuram.* in 3. *par. in 2. quest. num. 33.* Aretin. *conf. 114. num. 3.* quem sequuta est Rota in decisionibus exhibitis coram Scraphino, & Grossis, ubi juramentum Episcopi in materia visitationis dixit esse servandum, cum sit separabile à præjudicio Ecclesiæ, & durat durante vita Episcopi jurantis. In his enim, quæ sunt iurisdictionis, fructumque non afferunt, sed sunt solum honorificentia personæ præfidentis, præjudicium Prælati censetur dividuum à præjudicio Ecclesiæ, ut per Butr. d. *numer. 32. vers. Vbi verò præjudicium*. Aret. d. *conf. & Rota in eadem decis.* Et hanc doctrinam videntur probasse patres in Concilio Tridentino decretis *cap. 4. sess. 6. & cap. 6. sess. 25.* in materia visitationis, & privationis Capitularium, sanxerunt juramenta ab Episcopi præfita suos obligare auctores. Facit textus in cap. *Per suas*, ad *fin. ibi*: Quia juramento suo seipsum personaliter non Ecclesiam poterat obligare de *arbitr.*

33 Non obstant adducta in contrarium: nam, ad primum responderetur verum esse, quod dicitur juramentum generale, & incertum de observandis statutis non potest ad revocata, quia juramentum non potest extendi ad ea de quibus non est cogitatum, gloss. in c. *penult. in ver. Quod promissit*, de *iur. jurand.* jurans autem non censetur cogitare de statutis revocatis. Ceterum juramentum, de quo nunciamus, non est simpliciter generale, & incertum de observandis consuetudinibus, & privilegiis, sed eo modo, quo Capitulares ubi fuerunt tempore Episcoporum Cameracen. & sic refert se Episcopus jurans ad factum, & ad usum, quo casu non potest juramentum restringi ad privilegia non revocata, cum juramentum sit super re certa per relationem ad aliud, quod perinde habetur, ac si esset prælitum super re certa per se, l. *Certum si certum petat*, l. *In summa*, ff. de *re judicat.* & ita videtur specialiter jurasse se observaturum hæc & hæc privilegia, exemptiones, & consuetudines. Imo hoc casu aperte constat jurantem voluisse se obligare etiam quoad privilegia revocata, quia retulit se ad tempus Episcoporum Cameracen. & sic ad tempus ante revocationem per erectionem, adeo ut videatur jurasse se servaturum privilegia, quibus positum est Capitulum tempore Episcoporum Cameracen. etiam si hodie mutato statu abrogata fuerint. Et propterea cessat interpretatio detectus voluntatis in jurante.

35 Secundo responderetur opinionem Ripæ nulla auctoritate fulciri: nam Bald. quem cita, loquitur de juramento observationis statuti, quod postea tollitur, & dicit jurantem non teneri ad illud observandum, ut etiam tradunt Doctores in c. 1. *de his que sunt à major. part. cap.* Quia juramentum habet tacitam conditionem, rebus sic stantibus, c. *Ad naturam*, *il secundo*, & c. *Quemadmodum*, de *iur. jur.* Oldrad. *conf. 241. factum tale est*, nu. 2. *vers.*